úgy el kell ismerniek, hogy ez a' jog minden emberre nézye, természeténél fogva, közös tulajdon, mellyet ők csupán magoknak, mások kirekesztésével, nem foglalhatnak el emberiséget bántó igazságtalanság nélkül; hogy tehát nem csak ők élhetnek ezzel eszközökkel mások ellen; hanem mások is ő ellenek; — ők ugyan, hogy minden felkeverjenek, minden isteni félelmet kiírtsanak, erkölctelenséget terjeszzenek, vérontást öldöklést támaszzanak, 's végtelen inségbe, nyomorúságba süllyeszszék az emberi nemzetet; amazok pedig, hogy ezen veszélyteljes gonosz igyekeztek, és istentelen tanítmányok ellen óvják, őrizkedtessék az embereket. — Vallyon elismérik e a' vitatott jognak illyen közösséget tettleg, és igazán? Koránt sem: mert a' hol, és mikor kezekhez ragadhatják a' főhatalmat, ott életveszélyesztés nélkül nyikkanni sem szabad valakinek ellenek, nem hogy még sajtó által bocsátani közre valamit. Jaj, százszor jaj neked, te elámitott, szabadsággal, egyenlőséggel, hatalommal, fősséggel, és a különféle jogok, illetmények, egész halmával bíztatott, de jégre vitt nyomorult nép, ha ezen ember barát névvel kérkedő hiénák körmei közé kerülsz! — Nem volt soha tirannus a' földön, ki olly iszonyú kegyetlenséggel csigázta, sanyargatta valaha rabjait, mint ezek a' pokolokádta vérszopó, 's a' törvényes fejedelmeket minden egyre tirannoknak kiáltó szörnyetegek, ha

egyszer magokhoz keríthatik az uralkodó fő-hatalmat. — Ha ki nagyításnak, vagy talán epés rágalomnak vélné azt, a' mi mondatik itt, tekintse meg franciaország' képét a'múlt századnak utolsó tizedében. Láthatja ennek borzasztó rajzát, a' sok között, csak e'munkában is: *Der Triumph der Philosophie im achtzehnten Jahrhunderte.* Germantown, bei Eduard Adalbert Rosenblatt 1804. a II. köt. XVII. és XVIII. részében,

f. — L. R.

Quo tandem omnis enititur contentio.

Quod inter ordinem publicum et turbas, inter tranquillitatem atque tumultus, seu inter quietem ac motum *), inter publicam pacem et seditionem, inter rerum hu-

*) Hic pure politicus intelligitur motus; alia enim prorsus ratio est, ubi motus seu progressus pro virtute habetur, e.g. in cultura, artibus ac scientiis (quantum finitae nostrae vires, animaeque facultates admittunt), in omni denique reali fortunarum ac prosperitatis publicae et privatae incremento: in his motus, seu conatus, laudabilis est; in republica vero motus, turbae ac seditio synonima semper habebantur: „Quorum aes alienum contractum in popina nullum reipublicae motum afferre poterat.“ Cic. Cat. II. 4.—Iisdem fere temporibus in Gallia etc. motus erat. Salust. Cat. 42, — Motus servilis. Liv. etc.

manarum constantiam seu stabilitatem et ea-
rundem inconstantiam et incertitudinem, in-
ter legalem libertatem et effrenatam licenti-
am, inter conservationem jurium et eversi-
onem, inter legitimitatem et radicalismum
nullum detur salutare medium, id, et-
iamsi ratio sana non doceret, experientia
quotidiana satis manifestum reddit. Quod ta-
men adhuc inveniantur imbecilli ac incauti, qui
justum medium quaerunt, quive parti utri-
que blandiuntur; hoc inde solum fieri potest,
quod hi sapientiores, quam sint, haberi cu-
piant, in modernis doctrinis se versatos li-
benter ostentent, rumulos populares aue-
pentur, subdolas radicalium laudes captent,
proterva autem eorundem ludibria perhorre-
scant; contra hi (radicales) sua partim ambiti-
osa, partim in excidium cunctarum institu-
tionum, eversionemque fortunarum directa
consilia prodere illico ab exordio verentes,
ne homines vani et minus sagaces nimis ex-
terreantur, cedunt, ad speciem et sic dicta
liberalia, seu media illa consilia aliquamdiu
se probare simulant, donec tandem tempus
opportunum ad seductorum non secus ac sa-
pientiorum oppressionem praesto esse arbi-
trentur. Siquis eventus quotidianos adtente
consuluerit, observabit in regnis, in qui-
bus media illa consilia sub diversis colori-
bus et praetextibus invaluere, universalem
flammam sub cineribus continuo gliscere,
prima quavis opportunitate erumpere gesti-

entem. Sic inter duo illa superius descripta elementa politica — scilicet ordinis et turbarum tertium seu medium — quo pede constituantur, juvat oculos in Hispaniam convertere, ubi nunc seditio diversa sub forma frequentissime caput effert. Paginae publicae haec inde, praeter caetera, ferunt: „Barcinonae — teste nuncio de decima septima Maji — rerum facies, quae in prioribus relationibus adumbrabatur“, minime est in melius mutata. Die 16-ta vespere in omnibus urbis tractibus hoc edictum (proclamatio) ad „Patriotas“ distributum est, quod etiam paginae „Propagador“ Barcinonae editae, altera die assumere et vulgare ausae sunt: „Cives! Quinquies jam inde a morte tyranni jura, a majoribus gloria epocha nationalis independentiae nostrae expugnata, recuperastis, quinquies lucta vestra fructu spoliata est; quoniam victoria potiti fiduciam idmodi hominibus tribuistis, qui recti conscientiam pro fascia quadam aut dignitate venundederunt regimini (scilicet Madritensi liberali), quod mendaciis duntaxat, atque proditione sustentare se novit. Clades vestra die 5, h. triste in hanc rem documentum praebet; rectitudo et coeca fiducia vestra tormentorum ictibus redditia sunt, et nomen catalonicum, olim per omnem Europam aestimatissimum, hodie ludibrio atque contemptui exponitur. Estne quispiam vestrum, qui inde a 4-ta h. non unum aut alterum e suis, filium vel fra-

trem, patrem aut amicum lugendum habeat? Agite! hora sanguinem eorum ulciscendi praesto est; vana illa ostentatio, quam magistratus praeseferunt, certissimum est impotentiae eorum argumentum; postremi hi sunt hydrae tyrannidis nisus, et agones, antequam in baratum praecepitur. Habeite nobis fidem, properemus junctis viribus immanem bestiam in profundum gurgitatem rejicere; opus aliquot duntaxat horarum. — Patria ultimum hoc a nobis deposit scit sacrificium; et dum catenas nostras confringemus, una plurium fortasse populorum compedes disrupturi sumus; quod nos concernit, innovationum vias nequaquam ingrediemur, sed solummodo leges, fueros (privilegia), et libertates Padillarum et Lannugarum nobis vindicabimus, quemadmodum illae temporibus Communeros*) exstiterunt. — Et vos proletarii, quibus fortuna semet adeo adversam semper praebuit, vos, pro quibus pollicitationes praetensivae liberalis regiminis nihil nisi perfida mendacia fuerant, vos quidem nostri estis. Gloria profecto et praemio digna est eximia vestra agendi ratio; vos promissa hominum, qui vestrum sanguinem nundinantur, qui patriotismum et legalitatem vestram duorum franc. diurna mercede mercari voluerunt, repudiastis, contempsistis. Macte animo este! fortiores nos

*) Communeros: 1820 e liberis murariis hispanicis enata clancularia sodalitia.

hodie sumus, Concives, ac unquam suimus! ad arma igitur! execrandus, qui inter haec adjuncta animum abjecerit, catalonico indignus nomine is foret; independentia nostra, jure jurando adserta, in effectum deducenda, neque vox vana relinquenda est. Mancipia potius turcorum, quam servi idmodi, perfidiam ac prodictionem spirantis regiminis, quale Matris Isabellae II-dae inde ab anno 1833 est, fieri malumus. — Ad arma cives! novissima clades nostra praeludium duntaxat magnae victoriae haberi debet Tribus populi, cuius plurimum interest, ex abjecta, in qua contabescit, sorte emergere, quaeve potiora, quam quisquam, jura ad opes nationales habet, quarum tamen possessio, et fructus paucorum hominum et altiorum reipublicae magistratum, qui sude re pauperum semet locupletare solent, exclusiva proprietas hucusque fuere. Barcinnae, 16-ta Maji 1837. Patriota e.“

v. * e B.

*Primum festum Rosarum *) in Hungaria.*

Die 15-ta Maji anni labentis in oppido Nádas (in I. Cottu Posoniensi) festum, huc-

*) Festa Rosarum primus in Gallia S. Medardus instituit.

usque in Hungaria ignotum, primo celebratum est, cui Domini terrestres et multi vicini possessores intererant. Fundator ejusdem est A.R.D. Emericus Stverczky, V.A. Diaconus, I. Cottus Poson. et Sedis Consistorialis Assessor, et dicti oppidi Parochus, Vir, cujus omnia consilia et contentio eo directa sunt, ut quo plura in humanum genus beneficia derivare valeat, cujusve beneficiandi studium illis potissimum temporum vicissitudinibus, dum morbus cholera primo Hungariam invaserat, luculentissimis eluxit documentis: dum quippe porrecta reali ope haud paucos pauperum sublevaverat, datisque una efficacibus consolationis verbis afflictorum animos doctrina fidei christiana et spe meliorum erexerat. —

Experientia diuturna doctus, persquamque tenens, morum probitatem ac vitam virtutibus praeditam ruri etiam praecipue praemiis ac remuneratione excitari, publicamque aestimationem et meritorum laudes potentissimum constituere morale ad probitatem incitamentum; idcirco summam capitalem 2000 fl. conv. mon. censem 120 fl. c. mon. fructificantem salutari hoc scopo deposituit. Ex quo annuo censu 100 fl. c. m. illi puellae donantur, quae suffragiorum majori numero inter caeteras virtutibus maxime excelle; reliqui 20 floreni ad emendum sertum roseum, ad distribuendam inter loci egenos opem et comparandos libros schola-

sticos pro locali juventute convertuntur. — Festum quotannis feria 2-da Pentecostes celebrabitur. Quisquis Paterfamilias gaudet jure suffragii. Hoc anno in magna populi frequentia e 3 candidatis praemium probissimum morum et laudabilis vitae rationis suffragiis retulit Maria Rumanek, patre orba puella. Praemium publice eidem traditum est ea tamen conditione, ut illud, usque dum nups'erit, in cassa communitatis depositum maneat. — Si citius eam mori contingeret, parentes, (si adsint) tantum 20 fl. conv. mon. recipiunt, 80 autem floreni secundo candidatae cum illa obligatione cedent, ut ad tumulum defunctae rosas plantare et colere te-neatur. — Post Sacrum solenne puella rosarum triumphans per oppidum ducta est. — Festum clausit laetum rurale convivium. — Magnanima haee fundatio haud carebit imitatione.

v. * e W.

*Edicta in Anglia sub auspiciis regni
edi solita.*

Ephemerides aulicae Londinenses duo nuper edicta, in aditu regni more recepta, continebant, unum „ad pietatem atque virtutes exhortans, et ad impedienda et punienda scelera, impietatem et pravos mores admonens, (in hoc edicto inter caetera sub altissimae gratiae ammissione aliarumque gra-

vium poenarum minis injungitur obligatio, quavis die Domini cultum divinum frequen-
tandi); alterum edictum hortatur cunctos, qui sub defuncto Rege munera gerebant, ut in adimplendis obligationibus strenue deinceps etiam defungantur, (est proinde con-
firmatio in muneribus, quae a corona dependent.) Edicta haec data sunt e palatio reg.
S. James, et subscripta est: Victoria R. (Re-
gina). Caeterum fertur, Regina palatum
Buckingham pro residentia sua urbana elec-
tura, quod maximis sumtibus adornabitur.

v. * e B.

Reginae Angliae.

Regina Victoria, nunc prorsus solium
conscendens, est quinta e feminis Principi-
bus Britanniae; quae coronam adeptae sunt.
Prima fuit Maria (ab a. 1553—1558), secunda
Elisabetha (ab a. 1558—1603), tertia Maria
(ab a. 1689—1702), quarta Anna (ab a. 1702
usque 1714).

L o g o g r y p h u s.

De grege bacchantis pars sum monstrosa
Lyaei;

Summa parte carens: urbs regioque fui.
Syllaba posterior cunctis alimenta ministrat,
Quae praestat nobis absque labore nihil.

Moderni feudalismi indoles.

Revolutio, sub cuius continuato influ-
xu Europa hodie dum gemit, cuiusve conse-
ctaria fors per saecula adhuc sentientur, ha-
bet suos, praeter juris ac religionis, etiam
civilis oeconomiae respectus. Et hi nec ad
praesentem quidem diem sunt omni ex par-
te expensi.

Omnem terribilis hujus experimenti gur-
gitem plene exploratum plerique sibi viden-
tur, si perspiciant, per doctrinam — de
populi summa potestate, de publico commo-
do, cui quodvis jus privatum cedere debeat,
de lege, quae civilis societatis voluntas ha-
beatur — non solum antiquum juris statum,
sed etiam fundamentum ejusdem, sanctita-
tem quippe et auctoritatem juris eversam, et
gubernacula potestatis, e manibus, quibus
antea credita fuere, erepta, inque manus
asseclarum novae doctrinae translata esse,
qui jam se haud quaquam conservatores et
administros divini in hac terra ordinis ab al-
tiori potestate constitutos, sed tamquam in-
strumenta et interpretes „voluntatis ci-
vilis“ profitentur. — Haec quidem vera
omnino sunt, non tamen omnem exhauriunt
caussam. Nubes tempestatibus gravidae in-
gentis revolutionis socialis, nunc prorsus,
dum multi adeo „pax, pax!“ inclamat,
cum interim nulla pax adest, capitibus no-
stris impendent, et in plerisque regnis Eu-

ropae tales oeconomicae subversiones suscep-
tiae vel saltem praeparatae habentur, quarum
consectaria, profunde in venas penetrantia,
fors cunctas illas convulsiones, quas revolu-
tionis nomine insignimus, longe superatura
sunt.

In Gallia non secus ac in Anglia et Ger-
mania, insimulationes eorum, qui subversi-
onem — seu via legislativa, seu seditiosis
declamationibus — promovere adlaborabant,
praecipue contra majores fortunas directae
fuere, bene tamen advertendum, tum dun-
taxat, si opes hae in sensu veteris societatis
possessae fuere — uti sunt fundi patrimo-
niales nobilium familiarum, bona ecclesia-
sticis corporationibus adhaerentia, haeredi-
taria item jura ad servitia, et praestationes
pauperiorum, a potentioribus terrarum pos-
sessoribus dependentium agricolarum, ju-
ra honorum ac dignitatum, nec non prae-
rogativarum antiquis familiis propria etc. —
Instituta ejusmodi — ajunt — ingentes
thesauros in paucorum manibus coacervant,
et cum detimento pauperiorum, manuum
labore viventium, ac egenarum classium ma-
ximam nationalis divitiae partem circulatio-
ni commercii subtrahunt, industriae deni-
que, frugalitati, et parsimoniae tenuiorum
spem et calcar eripiunt ad opulentiam, et ad
jucundiorem, vel saltem commodiorem vitae
rationem eluctandi. — Cunctis hisce malis
novae doctrinae sacrificuli medelam se adla-

turos spoponderunt; divitiae aequa ratione dividenda, et hoc pacto prosperitas majoris civium numeri procuranda; opulentia, et per eam beatae vitae ratio communis reddenda — una vero secundis his ac fortunatis corporis et vitae externae rebus nobiliora etiam hominis atributa, uti humanitas, cultura, virtus etc. promovenda atque adaugenda fore depraedicabantur.

Perspectu interim facile est, atrocissima revolutionis tempora et his subsequentes luctas gravissimas magnis his promissis in effectum deducendis minus favisse. — Quidcunque de bellis, quae nomine Europae veteris adversus irruentem perniciem gesta sunt, sentiatur, certum nihil minus manet: iis dominatum industrialismi in hac orbis terrae parte ad plures decades cohibitum fuisse; neque negari potest, confecta magna europaea pace dominatum hunc in continente Europae magnis gressibus semet primum explicare et corroborare caepisse. Quid Anglia ad hoc contulerit, quas partes populus iste, ejusque regimen, in hodierno oeconomico Europae statu proliiendo ceperit, quaenam inde consectaria pro ipsa Anglia partim jam enata, partim mox in hoc regnum recidere minitantia, profluxerint, haec omnia, velut procul abducentia, hic mittuntur. Illud hic dunt taxat praecipue ob oculos ponendum suscipitur, quod, vi novorum oeconomiae politicae principiorum, aristocratia pecuniae et

industriae lucum feudalismi veteris occupaverit, quodve is longe graviorem — quippe ab omnibus mitioribus religionis et honoris elementis destitutum — dominatum in inferiores classes exerceat, et quod idem — quantumcunque patriae amorem et publici boni studium jactet — suis duntaxat propriis commodis inserviat, et thesauros intra suos, arcte ductos, limites coacervet. — Sub duris ejusdem flagellis operae — mancipia novissimorum temporum — ad acerbissimas damnae sint miserias, et re ipsa — semper tamen forma ac placitis seculi 19-ni congrue — majori longe gradu, quam subditi et heris obnoxii aevi medii fuerant — omni politica subsistentia privatae sint, praetereaque per arbitrium, luxum, avaritiam dominorum suorum non secus ac per influxum et vim, quam communiter aerumnae in homines exerere consverunt, tali morum depravationi expositae habeantur, qualem simplicior aetas avorum nec cogitare in tanto gradu poterat.

Ipsi quidem Industriales Domini, sursum versus, quemadmodum Barones aevi medii, necessitatem et appetitum honorum ac potestatis apud se senserunt; nisus hic in natura hominis fundatus, communis omnino est;*) et media nonnisi differebant: ibi fortis

*) Neque ullus eum e mortalium pectoribus elevet cynicismus, aut celabit simulatio; quamquam fortis ac generosi animi — rarae avis —

tudo ac heroismus, hic astutia et calliditas eminenter directionem dabant. Verum enim vero industrialis etiam Aristocratia quamlibet altiorem potestatem subjugare, et in servitutem suam redigere conatur. Imo frequentes tumultus ac seditiones, in quibus operaे fabricarum pro herorum suorum „Libertate“ dimicare debebant, compertum reddidere, se contra communem sibi alias vitae consuetudinem in hujusce praemii gratiam nec appertas et cruentas pugnas reformidare.— Fuit quidem ad speciem aristocraticus dominatus, qui nomine, et in favorem aequalitatis, jurium humani generis, atque universalis felicitatis funere tumulandus erat; ast surrexit iterum, absque poesi, absque fide, absque charitate, absque heroismo, absque modestia; adest antiquus luxus, sed sine nobili sensu (gusto) et dignitate, adest vetus dominium, sed sine sacrificia ferente munificentia, sine refrenato proprii lucri studio, sine libera altiori potestati obsequendi voluntate; adest dominatus, qui pro se rursum abjectissimo, ac vilissimo dominatui, avaritiae, pecuniae quaestui, inservit; ambitio atque arrogantia antiqua resumta, absque moribus ingenuis, et absque sublimiori natalium conscientia; itaque vanitas absque nobiliori superbia ac generoso animo, fastus

moderamen noscamus; imbecillorum autem idcirca incuriam laudemus.



absque dignitate; verbo, vis ac potentia aurum est, quae locum ferri occupavit.

Quod vasallos novi hujus nobilitatis adtinet, is, qui indignam humiliationem, et miserias ejusdem condigne adumbrare in animum induceret, periculum absque dubio suspicionis exaggeratae veritatis incurreret, adeo veritas ipsa omnem vulgarem de communibus aere locupletibus cogitandi rationem exsuperat, qui sollicite pedes suos a casis pauperum custodire norunt. Interim dum scriptores liberalismi orbem terraueum periculorum adumbrationibus angunt, quae a reviviscente aevo medio eidem immineant, et sinistra consilia de reducendo mancipatu odrantur, novi feudales domini ipsarum uxorum ac liberorum*) potiuntur, iisque ejusmodi opera servilia (robottas) injungunt, quae neque mercedi defixa, neque viribus admensae sunt; omni educatione eos spoliant, in magna mancipiorum ergastula inclidunt, ubi omnis generis seductionibus expositi, pestilentis aeris vitio valetudinis jacturam perpessi, milleni maturae morti objiciuntur, tantaque communiter tolerare coguntur rerum maxime necessiarum egestatem ac defectum, ut sors mancipiorum aethiopum invidenda eis videatur. Hac ratione opulentissimos se dominos reddunt totius impo-

*) „Liberos cuique ac propingvos suos natura carissimos esse voluit, hi per delectus, alibi servitri, auferuntur; conjuges sororesque etc.“ Tacit.

pulationis, fide, existimatione et proprietate omni carentis, quam, ut primum ipsis ita visum fuerit, in excidium legum, ordinis publici ac proprietatum dimittere et armatam expedire possint. Quod huic miserae populi classi, quam convenientibus legibus ipsi talem effecerunt, panem dent, est quidem verum; — ast quem panem, et sub quibus conditionibus? Neque vero aerumnas et inopiam sublevare, esurientes nutrire in eorum consilio est, sed sibi duntaxat solis, ut persrui voluptatibus, et diffluere ipsi deliciis possint, thesauros accumulandi animus est, et si quae inventa nova machina in illum statum eos collocaverit, ut carere suis fabricarum subditis, eosque illo pane tribulationis privare, et destituere possint; aut conversa alio commercii et negotiationis ratio eos minus utiles reddere videatur, illis panem atque tecta sine omni pudore, sine ullo vel minimo conscientiae remorsu subtrahunt, eosdemque fame perire permittunt, aut institutis beneficis „Civitatis“ alendos relinquunt.

Prolium, quae in fabricis anglicis occupantur, sors, comitorum ante aliquot annos ad attentionem excitavit, et ingentes praestitarum per Deputationem relationum fasces authenticum suppeditant documentum; omnia haec superius dicta veritate ipsa longe mitiora esse. — Resultatum investigationum, publica auctoritate susceptarum hoc fuit: quod in angl. manufacturis, praecipue in filaturis gos-

sypinis, proles utriusque sexus inde ab octavo anno adhiberi, laboribusque 8 usque 10 horarum adstringi soleant. In quibusdam casibus etiam sex usque septem annorum liberos inventos, qui pari cum adultioribus ratione 13 usque 14 horas laborare debebant. Si miserias has creaturas somnus opprimat, verberibus excitari et insomnes servari consueverunt; complures crudeli hoc agendi modo debilitati prorsus et corpore fracti commissariis exhibiti, item alii, qui per machinas mutilati fuere; apud omnes inventae sunt infirmitates, quae causas suas in continua, nunquam variantibus laboribus habebant. Uno ore cuncti asseverabant, se pro his mutilationibus non solum nullam resarcitionem a heris suis accepisse, verum ab iisdem ipsam adeo necessariorum pro resanatione sumtuum partem parentibus suis denegatam fuisse. Plerique vero ideo mutilati fuere, quia curae medicae defectu laborarunt. — Praeterea Commissarii comitiales id quoque exploratum reddiderunt, quod ratio vitae in manufacturis tristissimam vim exerat in homines, qui ad eas inclusi sunt. Mors plurimos antequam adolescentiae aetatem attingerent, absimit, ii vero, quibus parcit, pallida ac macie confecta facie symptomata proximi vitae termini produnt, debilitatum corpus, morbi daque omnium conditio, sunt consectaria imundi et valetudinem subruentis laboris, ad quos perficiendos adhibentur. Si quis e tali

famillia infirmetur, per id solum vita ei sustentari potest, si parens et ceteri hujus libertatum e nutrimento sibi subtrahant, quantum pro infirmo alendo necessarium est. Utique sexus, qui in ipsis adeo publicis carceribus sollicite a se invicem separari solet, in manufacturis simul in iisdem officinis laborat; nemini vero per totam Angliam e dominis manufacturarum vel a procul in mentem venit, ingenti corruptioni morali, quae inde necessario profluere debet, congruos obices ponere. Quod enim sordidissimae aeris avaritiae non inservit, in horum hominum capitibus locum haud obtinet.

„Et homines hi duri“ — exclamat quidam novissimorum scriptorum, — „qui adeo immisericordes erga suos similes sunt, erga concives, in eodem secum regno natos, eundem populum constituentes, eandem lingvam loquentes, eandem fidem profitentes, homines inquam hi lachrimas et ornatas phrases pro nigris Antillarum praesto habent, dum iidem infelibus, quorum inopia in speculationes suas abutuntur, opem et pecunias denegant; et philanthropica sensa sua magna cum ostentatione in rem, casu sibi oblatam, profundunt, ubi scilicet commoda sua nec minimam quidem jacturam patiuntur. Ad ejulatus miserorum, quos baculi satellitum suorum vigiles tenent, aures obturatas habent, ast stridorem scuticarum in manibus mancipiis praefectorum e Jamaica huc exau-

diunt! — Quid vero, nigri hi *) in coloniis, quorum sors tantam excitat misericordiam, suntne adeo infelices, quemadmodum albi, qui in sordidis Manschestriae et Birminghami officinis inclusi tenentur? Adimunturne eis liberi, ut laboribus, sub quorum onere succumbere eis necesse est, subjiciantur? Annon aliquot horae quotidie, et duo per hebdomadam dies nigris illis conceduntur, per quos utilibus occupationibus suis, aut quieti ad reficiendas vires, vel otio quod eosdem pro coacta industria remuneretur liberare indulgere possunt? concedant ante omnia domini fabricarum suis operis cominoda similia, et tum demum simulatae erga afros, re ipsa miseratione dignos, misericordiae fidem adhibebimus, quorum tamen conditio procerto minus lugubris est, quam classis hominum, quam ipsi oppressam tenent.**

„Atvero classis haec libera est, — dicent quidam. — Nequaquam! sors ejusdem modo nonnisi ac ratione, qua singuli venui exponuntur, differt. Nigri semel veneunt; **)

*) In Vandimes nuper mancipium quoddam nomine Farde-Ferguson obiit, quod 130 annos jugum — vitae ferebat.

**) Idem hoc dicit, in aliis adjunctis, Galgacus apud Tacitum in vita Agricolae, 30.: „Nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit.“ — Sed tum Romani, hostes, sic dominabantur, non vero pecuniosi concives. *

albi contra vilem quotidianum censem summae capitalis, quanti aestimantur, accipiunt. Illi dominis obnoxii sunt, quorum plurimum interest eosdem salvos conservare, hi interire possunt, quin vel commodum taceo misericordia dominorum vocem in ipsorum favorem sufferat. Eadem ambo ratione mancipia sunt — pari modo glebae, quam sudore suo irrigant, adstricti. Nigri sub diu et libero in aëre laborant, albi in pestilente inclusorum vaporum atmosphaera. Illi emuntur, hi redimuntur (locantur)? Quodnam itaque est discriminus?

Re ipsa quaestio diu, an formae medio aevi constrictae libertatis, vel moderni industrialis mancipatus mitiores sint, diu dubia esse nequit. Dominus terr. olim, in severissimis subjectionis casibus, subditis casam, frustum agri cum necessario pecore et supellectili rurali dabat. Eosdem omnibus ad se suosque alendos et necessaria vitae media procuranda requisitis providebat; neque eos sine gravi administris eorumdem culpa ruralibus his vitae sustentandae mediis exuere licuit. Subditus reliquae longe majoris temporis sui partis dominus mansit; si quartam dierum anni partem manualibus aut jugalibus laboribus praestandis insumere debuit, talis conditio in plerisque Germaniae provinciis jam pro gravi et severa habebatur. Liberi ejus peregre quaerebant servitium, et si dominus hic prioritate juris ad labores eorum gau-

debat, semper tantummodo rurales et oeconomici in libero erant labores praestandi, qui exigeabantur, qui salubrem, victum, vestitum, habitationem tamquam necessarias conditiones supponebant exposcebantque, non vero enervantes, corpus animamque enecantes, aere duntaxat redimendos ad machinas labores, qui hominem, tamquam accessorium machinae, rotis adnexum sistunt, eumque ad omnia alia virium et corporis adplicationum genera, atque omnem a machinis diversum et independentem usum rationis ac intellectus ineptum reddunt. Denique ambo, Dominus et subditus, immediate naturae, quae cunctos mortales benigne nutrit et conservat, proximi stabant; annum sterilem feraciores compensabant. Tellus quippe antiqua, quam nullus hostis absportare potest, fons divitiarum semper manebit, cum interim ambo fabricarum Dominus ejusque operae, per conjuncturas, quae in regionibus, ad mille millaria dissitis, emergunt, solum sub pedibus suis perdunt. — Magna itaque pars Europae unam duntaxat Aristocratiam pro alia permutavit, potentia atque auctoritas in alias manus transiere; ast hoc pacto lucrum aliquod in orbem teraqueum derivatum, divitias et opes ex aequo distributas, sortem inferiorum classium meliori loco collocatam, misericarum humanarum lamenta sublata haberi — haec sunt quae negari omnino debent. *v. * e. B. P. V. B.*

Documentum in hanc rem e Gallia.

Collegium mercatorum in Mühlhausen curiae Ablegatorum libellum supplicem porrexit, in quo abusus ille perstringitur, quod proles 8 annorum in fabricis saepe 15 — 17 horas laborare cogantur; una vero legis rogatio exoratur, qua horae laborum ad exemplum Angliae definiantur; lex ejusmodi tanto magis necessaria evasit, quod machinis ubique jam in usum positis virorum loco pusiones in fabricis adhiberi possint.

v. * e W.

Libertas moderna preli in Hispania.

Paginae „Paix“ has literas vulgant Madrido 24-a Jun. a. l.: „Dcretum regium veniae generalis foedis excessibus signum sustulisse videtur. Interea, dum regimen erga suos antea adversarios placabilem semet exhibet, factionum studia vehementius exardescunt; sic diebus his complures ephemeredidum editores vita ac fortunis periclitabantur. Editorem paginarum „Patriota“ officiales praetoriani adgressi sunt; editores vero paginarum „Provenir“ et „Castellano“ vix non in insidias, per nationales praesidiarios structas, inciderunt; Typographus, D. Jordan, moderatas quasdam paginas edens, suam typographiam maximo discrimini expositam vidit; tantus vero est favor ex hac preli persecutione, ut paginae „Provenir“ edi desierint, quousque audaciorem redactorem nactae non fuerint. Adversus

officiales praetorianos investigatio quidem demandata est. D. Jordan salutem suam Gubernatori madritensi in acceptis refert, qui accepto nuncio, typographiam ejus incendio devastandam tentari, unam cohortem nationalis militis et 40 equites ad Prado eduxit, vigilias multiplicavit, et ante domum Dni Jordan provinciales propugnatores constituit. Ipse hora adhuc 1-a noctis stationes lustravit; et hora duntaxat 4-a mat., dum periculum desiit, milites reduxit. Sollicitudo, ex hoc rerum statu enata, in curiam etiam argentariam vim exerit, ubi omnia negotia suspensa sunt. — In paginis „Espanhol“ editor paginarum „Provenir“ D. Llanos illatas sibi injurias, et contumelias enarrat. Ad Ducem quippe de Rocca, 6 cohortis nat. militum, in qua D. Llanos centurio est, Praefectum vocatus, dum ibi Dux domo abesse ei diceretur, adgressionem sibi imminere conjiciens, celerrime se inde recepit, sed cum domum reverti vellet, in publica platea ultra 30 viri gladiis et fustibus eum impetierunt, contra quos baculo suo pro viribus defendit usque ad portam domus suae, acceptis gravioribus vuneribus. — Haec est libertas preli sub constitutionali regimine Madriti.

v. * 'e B.

Libertas preli novissima in Portugallia.

Ullissipone per Madritum Parisios nuncia de 17. Junii adlata sunt, quae ferunt brevi

rogationem legis de refrenanda preli licentia comitiis substratum iri. Interea Minister Justitiae ad generales Procuratores regios mandatum dedit, quo iisdem severe injungitur, ut, spectato eo, quod complures ephemerides metropolis libertate preli ad concitandum plebem, ad legibus et ordini publico inimicas actiones abusae fuerint, contra similes excessus quaeque legalia media arripiant.

*v. * e B.*

Libertas preli in Helvetia.

Gubernii senator (consiliarius) Escher, redactor hucusque ephemeridum tigurinensium, propter sparsas contra regimen Bernae calumnias, et criminationes, assumtis in suas paginas quibusdam Dni Dr. Snell literis de tribunal districtuali tigurino, ad mulctam 400 fr. et carceres trium mensium damnatus est, appellationem interposuit. *v. * e W.*

Rózsa ünnepre új adakozás.

A' rózsaünneppek, mint látszik, honosulni fognak hazánkban, 's új ösztönül szolgálni köznépünknel, nagyobb erköltsiség ki-fejlésére. Ugyan is Benkovics Mihály Poson megyei T. Biró F. Szely helység leányinak 1000 fr. hagya végintézetében e' célra még 1834-ben; 's így biztosan remélhetni, hogy ez, 's a Nádasi ez évi rózsa ünnep, több jóért buzgó bökezü követőre találand. *J.*

Kalocsai Érsek ö exc. Nevendék Papsága' visgálatán.

Kalocsáról. Klobusiczky Péter Érsek ö excja az itteni nevendék papság' évenként tartatni szokott vizsgálatán megjelenvén, kérdéseket tön a' nevendékek' elébe, majd szívrehatólag beszélt előttök a' felebaráti szeretetről. Ö excjának különösen szíven fekszik e' nevendékpapságot az Anyaszentegyháznak ditsőségére nevelni. Érsek ö excellentziájának névünnepét megelőzött estvén a' város főutzája kivilágítatott, 's buzgó főpapunkat prózai szíves kivánságok 's számos versek üdvözlék. Másnap ö excája fényesen fogadá számos úri vendégeit; ebéd alatt hangászkar zengedezesei között több éljen poharak ürítettek ö excjaért.

H. T.

A' nemzeti Muzeum épül Pesten.

A' nemzeti Muzeum új épületének alapját jun. 22-dikén kezdették ásni a' mostaninak kerti részében, ott t. i. hol a' régi emlékek állnak. — E' nagyszerű épület, mint halljuk, a' Muzeum telkének közepén fog állni, úgy hogy minden oldalát 30 ölnyi szélességű tér kerítendi, mellyet négy utzára csinos gátor fog körülvenni. Kő és téglá már tavali nyártól fogva igen nagy mennyiségben hordatott a nagy udvarra.

H. T.

*Quam sortem O' Connell Angliae et in specie
amicis nunc suis Wighs vovet.*

O' Connell in conventiculo quodam nationalis associationis hybernicæ 25. Martii a. l. praeter alia inter perorandum memorabilia haec verba protulit: „Progressus democratici spiritus in tribus his regnis animum meum laeta spe recreant. Ast proprietas laboris, proh dolor! repraesentatione adhuc caret. Homo domum possidens, quae annuas decem libras st. proprietario infert, suffragii jure gaudet, quum tamen is, qui duobus robustis lacertis annuas 50 libras st. lucratur, in conventibus electio- num nihil numerat. Inde fit, ut operaे suspectos habeant eos, et diffidenter audiant, qui e suo gremio non sunt; spero attamen futurum fore, ut e medio eorum duces exsurgant. Ita sane, amici mei, equidem jus universale suffragiorum propugno. Lex reformationis ad nos a dominatu factio- nis Tory liberandos, suffecit, sed monopo- lium in alias duntaxat manus transtulit. Re- spectus pecuniae ac divitiarum locum aristocratiae occupavit; populus adhuc sublevatus non est, sed tantum dominos immutavit. Interim nos constante animo in pugna perse- verabimus. Spes mihi ex ipsa hodierna crisi pecuniaria adfulget; et vilis la- borum merces novum libertatis cal- ear constituet. Non obstantibus atris nu-

bibus, quibus hodie adhuc coelum obductum est, cras sol libertatis radios diffundet. Anglicum quidem proverbium ait: „„Si Pascha vicine adeo ad festum annunciationis B. Mariae Virginis eveniat, Angliae tum impendet perniciosum discriminem““; equidem huic proverbio fidem non habeo.“

Verba haec hybernici coriphæi omnem adminus candorem praeserunt; et nec obtusissimam quidem mentem in placida calligine coecutire permittunt; clarissime scopum annunciant, brevemque et mox evanescen-tem dominatum industrialis-aristocratiae praedicunt, quae ephemero suo triumpho nequaquam diu, et minus adhuc tranquille persfruita sit. „Proprietas laboris“ moderna prosector nomenclatio et excellens causidica inventio est, ingeniosaque novae jurisprudentiae, tum politicae et oeconomicæ philosophiae ditatio, pulcherrimis veterum demagogieorum sophistarum temporibus digna. Indigitatio vero illa—quid „duo robusta valeant brachia“, quorum tandem efficacia procul, etiam ultra 50 libras st., imo ad omnia quaeque, quae eadem arripiendo et adprehendendo sunt, exporrigi poterit,—gravissimae sane significationis est. Operae denique è medio sui ductores, et quidem mox—postquam scilicet homines, qualis O' Connell est, iisdem viam monstrassent, et accommoda argumenta suppeditassent — inventurae sunt. Caeterum multa e

dictis, pessimi licet sint ominis, vera tamen ac indubia sunt. — Si anni proventus politica jura tribuunt, cur non etiam proventus seu merces laborum? Qui erga civitatem obligationes adimplendas, qui reipublicae tributum pendendum habet, is absque dubio etiam jura respectu civitatis adipiscitur, et quidem pro ratione praestationum pecuniariarum: ubi nempe hae praecellenter decernunt. Ita et olim illi duntaxat immediate obligationem erga Principem habebant, qui ex adverso ejusdem juribus gaudebant; caeteri, clasis inferioris, habebant obligationes erga proximos suos dominos, apud quos vice versa jure protectionis et representationis etc. perfruebantur. — Quod de „mutatis duntaxat dominis“ neque „ullo subsecuto plebis alleviamine“ dicit D. O' Connell, est reipsa verissimum, ast hoc a viris, sensis ac studiis Dni O'Connell prorsus adversis, jam pridem praedictum est. „Spes“ vero Dni O'Connell nequaquam caret fundamento, et malitioso quidem, ast adcurato innititur calculo. Nam „pecuniaria discrimina“ (seu fortunarum convulsiones e penuria aeris subortae), quae crebriora in dies majoraque emergunt, et „v ilis laborum merces calcar“ certe addent ad „libertatem“ O'Connellianam, i.e. ad motus et seditiones proletariorum, ad bellum servile, ad praetereuntem dominatum demagogicum; qui tamen celerio-

rem quam pecuniae dominatus interitum habiturus est in profundiori et magis universali mancipatu atque militari (praetoriano) et imperatorio despotismo. Advocatialis Dni O' Connell astutia proximos eventus singulari calliditate eruere novit; ast demoniaca vaticinia, sicut horum oracula, fallacia sunt, et a profundo proculque penetrante profetico spiritu plurimum sane discrepant. Ideo habet ludibrio singularem illam proverbialem praedictionem, ad quam Europae annunciandam vocatum se sentit, creditque adimpletum iri. Sed fortasse ad id reservatus est, ut illud mox videat, ac sentiat, quod nunc credere non vult.

v.* e W. B.

Vera contradictio principii liberalis.

Madriti nuper nova rursum in comitiis libus consultationibus intervenit scena ejusmodi, quae profecto systemati constitutionali in genere, et in specie bajulis ejusdem laudes et bonam existimationem procurando haud est. In comitiis relatio commissionis proposita est de redditis per Dnum Mendizabal rationibus; relatio illa quoad integratem ac bonam fidem Praefecti aerarii (Mendizabal) favorabilis minime suit, imo veram ejusdem accusationem continebat: Is quippe postulata documenta et dilucidationes rationum nequaquam, sed tanto majorem inani-

um verborum copiam, protervas suimet laudes, imo etiam lachrimas profudit; itaque communis omnium ludibrio rursum expositus fuit, dum diceret: „Prudentiam et integritatem sibi ingenitam esse.“ Ad complendam demum constitutionalem hanc ludicram scenam Praeses hic Collegii Ministrorum in ulteriori deliberationum decursu, qui magisque pro eodem ignominiosus reddi ceterperat, singulare hoc principium praestituit: „Illud Ablegatorum adsertum, quod nationem scire oporteat, quisnam usus pecuniae ejusdem factus sit, seditionem concitare molitur, et crimen laesae majestatis involvit.“ — His tamen non obstantibus, 101 suffragiis contra 62 decisum est: Comitia Commissionis, tabellas revidentis, opinionem non probare; et sic omnes Ministri aerarii in rationibus neglectus, pro quibus eruendis et defigendis Deputatio nominata fuit, comitia ratos habuerunt.

v. * e B. P. W. B.

Paradigmata artis extera in Gallia.

Juxta magna in Louvres picturarum musea erigitur Parisiis aedificium ex asseribus 260 ulnarum longum 6—8 ul. latum, in quo struendo nunc 200 opifices laborant. In illo imagines, per Comitem Taylor ex Hispania

adlatae, inde a 28. Julii publice exponentur. Jam nunc complures ex Anglia, Belgio, Bo-
russia etc. Parisios confluxerant artifices, e-
gregia haec scholae hispanicae picturae o-
pera imitandi, et ea exercitio ac usu propria
reddendi causa.

Navis (Brigg) „Ducouedic“ Tolonium
adpulit, et antiquas urbis Rhodi portas ad-
vexit; sculptura in iis est eximia et bene con-
servata; Parisios devehentur.

v. * e W.

Singularis pugna (duellum) in Gallia.

Die 22. Junii forum appellatorium Pari-
siis id decidendum habuit, utrum codex cri-
minalis gallicus adversus singularia cer-
tamina poenam defixerit vel minus? Regi-
um quippe tribunal Aurelianum in causa qua-
dam singularis pugnae, ensibus commissae,
in qua alter dimicantium occisus est, decla-
ravit, quod, postquam codex criminalis de
hoc argumento altum sileat, duellum neque
ut delictum, neque ut scelus considerandum
sit. Contra Generalisprocurator ad forum
appellatorium, D. Dupin, Praesidens Curiae
Ablegatorum, demonstravit, statuta codicis
criminalis, quibus vulneratio voluntaria, et
homicidium consulto patratum, poenis affi-
ciuntur, ad duellum plene applicari possint.
Forum appellatorium eidem sententiae semet

addixit, decisionem tribunalis regii aurelianii abrogavit, et causam ad tribunal regium Parisiense relegavit.

v, * e B.

Mutuus templorum in cultum divinum diversae confessionis concessus usus.

Inde ab antiquis temporibus existit Insterburgi, in Borussia, una parva communitas catholica, cuius curam sacerdotes e Drangowski, prope Tilsit, gerunt, qui quotannis semel, vel etiam pluribus vicibus Insterburgum ad celebrandum cultum divinum proficiuntur. Id hucusque in curiae civicae oeco sessionum magistratualium fieri consuevit, et quidem in angusto, et ab interturbationibus haud seculo loco. Anno 1835. frequens Insterburgica et plagae adjacentis communitas reformata, jubilare festum secularis oratorii sui celebrans, usum templi sui catholicis christianis suis concivibus offerendum decrevit, cum idecirco vota eorundem cognita suissent. Et sic Insterburgum, quod post tempora duntaxat reformationis exsurrit, anno superiore prima, et hoc anno 27-ma Aprilis secunda vice vidit cultum Dei ritu catholicō publice peragi. Reformata Communitas Insterburgi festum jubilare suae ecclesiae nobilius atque dignius cele-

brare non potuisset, quam actu hoc charitatis christianaæ.

Ex adverso evangelica communitas inops Steinkunzendorfii, in Silesia borussica, templo proprio caret. Ad declarata evangelicorum verbi divini Ministrorum vota, ut communis usus catholicae ecclesiae localis dictae communitatì concedatur, sua Cel-situdo Princeps Episcopus Vratislaviensis per generale Vicariatus sui officium votis his prom-tissima cum benevolentia detulit, decrevitque, ut posthac in ecclesia catholica Steinkunzen-dorfi quavis quarta hebdomada evangelico ritu cultus divinus haberi possit. Pulcher-rimum sane mutuae charitatis et tolerantiae, una vero amici in obtutu religionis mutui accessus documentum.

v. * e G, B.

Conservativis addictae Paginae in Anglia prosperant.

E relatione comitiali de mense Martio e tributo a typariis publicis soluto patet, quod Paginae „Times“ (conservativa) fere duplo majori, quam aliae quaecunque, numero edi soleant. Scilicet quavis die medio calculo 12.000 (12.333) exemplaria distri-buuntur; proximae eis sunt exemplarium numero paginae „Morning - Chronicle“, fere 8000; et dein „Morning - Herald“, cum 7000 circiter exemplari-bus.

v. * e W.

Imago B. M. Virginis Romae in ecclesia S. Alexii, cuius ectypon Tyrnaviae et Strigoni exstat.

Romae in ecclesia SS. Alexii Confessoris, et Bonifacii Martiris, quae in monte Aventino sub cura et administratione Eremitarum, a sto Hieronymo nuncupatorum, elegante marmore vestita conspicitur, exstat super Altari imago vetustissima Beatissimae Virginis Mariae, dexteram ad benedicendum elevatam tenentis; et ad cornu Evangelii hujus Altaris in muro magna tabula marmorea visitatur, cum incisa historia ejusdem inconis; quod videlicet imaginem hanc Edessae in Syria dudum publico cultu celebrem, atque a Sto Luca Evangelista depictam, Stus Alexius, Edessae per hanc ipsam Imaginem proditus, quisnam esset? Archiepiscopo Damasceno, ob metum imminentis Saracenum invasionis ita disponente, secum Romanam deportaverit circa annum aerae vulgaris 420. Receptus hospitio in domum paternam, 17. annis ignotus adinstar pauperis peregrini sub gradibus delitescebat; donec in suo hospitio ad aeternam patriam translatus est sub S. Innocentio I. Pontifice. Exstat in hac ecclesia puteus idem, qui tunc in eadem domo Euphemiani senatoris Romani, Patris Sti Alexii, exstiterat. Sed et ipsae Scalae graduum, sub quibus Stus Alexius ultimos 17.

vitae suae annos exegit, una cum alabastri-
na morientis Sti Alexii effigie, in formam
arae collocatae, non procul ab hoc puteo vi-
suntur. Imaginis ejusdem ectypion in eccle-
sia Tirnaviensi ad Stum Nicolaum colitur,
et etiam in ecclesia Strigoniensi ad Stum
Ignatium de Loyola, vices metropolitanae
ab anno 1820-o gerente.

Porro super ingressu ad hanc ecclesiam
immurata tabula marmorea refert: Cardina-
lem, Quirinum, anno Domini 1702. restau-
rasse hanc ab Aglaë Matrona Romana olim
erectam, subin vero vetustate corruptam ec-
clesiam. Est in ejus medio Altare marmo-
reum, sub tumba vero arae Corpora sancto-
rum titularium, seu Sti Alexii Confessoris,
et Sti Bonifacii Martiris, quorum uterque
Patricius quondam Romanus fuerat, reclus-
duntur. Etiam alia sacra Lipsana cum his
duobus sacris corporibus in eodem loco as-
servari, testatur vetustissima, ac prope coae-
va epigraphe, incisa magnae tabulae mar-
moreae, in muro securus Altare medium. Haec
autem sunt verba istius monumenti;

„†. In hoc Altari Beati Alexii, sub quo
„ejus corpus quiescit, sunt reliquie; id est,
„Cenr, et Sanguis Beati Bonifatii; reliquie
„quoque Aplorum Petri, et Pauli, et Bra-
„chium Beati Anastasii Mart. Reliq. vero
„Sctorum XL. Martirum, Cosmae et Dami-
„ani, Evtichii, Ermetis, Pfecti, et aliorum
„Sctorum.“

In parietibus, et in pavimento navis Basilicae istius complura prostant, eaque pervenusta, marmorea monumenta cum inscriptionibus synchronis, testantibus, tumulatas hic jacere mortales exuvias Cardinalium, Principum, et aliorum virorum illustrium; vgr. Cardinalis Gonzaga; de Bayni, et aliorum. Inter aras laterales praecipua est Sti Hieronymi ecclesiae Doctoris; in cujus honorem Sta Paula, Matrona Romana juxta hanc ecclesiam fundavit Monasterium Eremitarum a Sto Hieronymo nomen gerentium, quorum Abbas, cum duobus Presbyteris, et uno Laico nunc in hoc spatio monasterio degit, ecclesiaeque istius curam habet.

subm. Ill. c. Ep. A. Jordánszky.

T h e r e s i a n u m.

Egy sajnálatos esemény, melly a császári bőkezüség által kegyelmekkel tetézett Theresianum nevű nevelő-intézetet [május] második fele óta érte, tárgya most e székes város' lakosai' általános élénk részvétének és számos család' mély bánatának.

Az academiában, melly évek óta legjobb egészségi állapottal dicsekhetett, 's mellyet az epemirigy' (Cholera) 's náthahurut' (Grippe) több izbeli járványai is áldozat nélkül kerültek el, ez időben az intézet' számos nö-

vendékei 's több papjai között is valamelly ragályos, kezdetekor forró epeláz ütött ki, melly két hét alatt az intézetben találtató összes növendékek' felénél többet 's hét lelkészt szálta meg.

E' nyavalya' kiütésének első napjaitól fogva a' nevelő-intézet' curatoriuma 's igazgatósága kitelhető gondját és szorgalmát oda irányzó, hogy a' megbetegülteknek leghat-hatósabb orvosi segélyt szerezzen, egyszer-smind okait a' nyavalyanak, melly tagadhatlanúl ragályosnak mutatkozék, az intézet' helyviszonyaiban kifürkészhesse, hogy jövendőre nézve teljesen megnyugtató előkészületi rendszabályokhoz lehessen nyulni.

A' betegek a' háznak, hajdan császári mulató-kastélynak, nagy és szellős termeiben, egymást kitelhető távolságra, osztattak el, az academia' második orvosa dr. Singer mellé (ki maga is megbetegült) saját kérelmére egy tapasztalt orvos, a' vegytan' (chemia) academicus professora, dr. Specz, adatott, 's midőn a' beteg növendékek' száma, kik az academiában gyógyíttattak, 's kiket rokonaik nem mindjart a' nyavalya' kiütésekor vagy előtte vettek magokhoz, hirtelen teternesre szaporodék, 's többnyire, az epeláz ideglázi bélyeget öltvén magára, a' legnagyobb veszélynek voltak kitéve, az intézet a' nyavalya' ideges (nervosus) charactere miatt közbejárult. cs. k. alsó-ausztriai kormány-elnökség' együtt munkálása által, az

oda rendelt a. a. főorvos' és megkivántató se-gédorvosok', sebészek' és betegápolók' sege-delmével, kik az academiából sem éjjel sem nappal nem távoztak, legmunkásabban gyámolittaték. Midőn végre az ideglázban fekvők' sokasága miatt valamelly ragály' kifejlésétől kelle tartani, Ó kir. magassága fenséges ausztria-estei Miksa főherczeg, saját nagylelkűsége' ösztönéből, bádeni palotáját egész bútorozatával együtt az egészségesek' 's tökéletesen fölgyógyultak' odavitelére azonnal megajánlá; melly ajánlat tüstént hálás köszönettel használtatott.

Ó cs. k. Felsége pedig, mihelyt megtudta, hogy a' gyógyulók' szaporodtával a' főherczegi palota szük kezd lenni, hasonló célról a' mondott fürdőhelyen lévő császári lakházak' egyikét oda engedé, 's mindenkel, mi a' növendékek' elfogadására szükséges, bőven elláttatá.

Az intézetbeli két orvos' feszült iparának, kiket a' legtapasztaltabb udvari orvosok segítettek tanácsaikkal, 's a' költséget nem kimélő ápolásnak sikerült, 82 beteg közül, kik az academiában gyógyítattak, 's kiknek nagyobb része ideglázba ment által, a' tetemes többséget lábadozásra hozni. Eddigelő az academiában hét növendék lön e' nyavalya' áldozatjává, de azok közül is ket-tő melykórságban holt meg. Azon 17 növendék közül, kik rokanaiknál ápoltattak, mostanig hármat ragadt el a' halál.

E' sajnos eset' okainak közelebbi megvizsgálása 's minél alaposabb kifürkészése végett, most már ezen intézet' curatoriuma' részéről a' legszorosabb 's terjedelmesebb helyvizsgálat rendeltetett, a' köz egészégi tekintetből e' végre meghivott hatóság' felügyelése alatt.

Az ezen utóbbiak által hivatalos uto szerzett, a' leg pontosabb, legkörülmenyesb fölvételeken, jegyzőkönyvi vallomásokon 's hit alatti kikérdezésekben alapuló eredmények, minthogy a' curatorium minden egyenes befolyástól és saját bírálattól ez ügyben magát megtartóztatni kötelességének ismerte, a' főváros' tapasztalt orvosainak egy választmánya', Raimann tanácsos és udvari orvos', báró Türkheim 's Wirer doctorok és tanácsosok', az ország' főorvosa dr. Knolz kormánytanácsos', Malfati és Brants orvos doctorok', 's dr. Schiffner egészségmester 's városi physicus' elébe terjesztettek, hogy azokat az intézet' orvosaival együtt tanácskozva vizsgálnák 's becsülnék meg. Véleményök oda járult, hogy:

1) Ezen ragályos betegségen sem a' lég', ételek' 's különféle létrészeik', sem a' réz főzőedények' rossz volta, miután minden e' tekintetben támadott gyanút a' leg pontosabb 's hit alatti bizonyítványokon alapuló fölvételek tökéletesen elhárítottak, sem pedig eredeti ragály nem részes.

2) A' kenyha' közelében fekvő udvarrészben a' kútvíznek némi állati megmérgezése vétetett észre, 's ez okozza a' megbetegületeket, 's ezeket, miután ásáskor mélyen tekintének a' föld' gyomrába, könnyen magyarázhatólag okozniok is kell; mert nyilván :

a) A' ganaj-csatorna ezen udvari kúttal közösülésben, úgy szinte a' szagtalan árnyékszékek' felállítására szolgáló csatornák és dögleletes gözzel tölt földalatti üregek találtattak ezen kút' közelében, honnan a' kútvízhez könnyen megtörtéhetett a' férkezés.

b) Mert a' kútvíznek efféle megmérgezései hasonló körülmények között Bécs fővárosban 1811. évben néhány szor már valósággal mutatkoztak. 's azon okból sok személy vesztette életét.

c) Mert az április és május hónapoknak szünetlen esőzései főkép alkalmatosak valának, a' föld' fellagyulása 's a' megtalált aláásások által a' kútvízbe a' szemétgödör' és szagtalan árnyékszékek' ganaj-csatornájából ártalmas állati mérgek' beszivárgásait eszközölni.

d) Mert az intézetnek csak azon papjait és cselédjeit szállotta meg ezen nyavalva, kik csupán vizet ittak, 's azt ezen kútból hordatták; 's mivel a' betegség' lefolyása tökéletesen megegyez azzal, melly hasónló okokból eredő betegségeknél mindenkor tapasztatott.

Mind ezen főlvételek' eredményeihez képest, 's az imént említett tanácskozási uton hozott orvosi határozatok' végrehajtásáért, ezen intézet' curatoriuma' részéről azonnal minden készületek megtétettek, hogy a' fölfedezett 's az egészségnek ártó helybeli okokat, mellyek, mivel a' föld alatt lappangottak, észrevételekre alkalmat mindeddig nem adának, és csak olly sok vizsgálódás-kozta ásások' által fedeztethetének föl, örökre el lehessen háritani; e' végre a' legkiterjedtebb változtatások tétetnek, a' tágas épület' helyei, főkép a' kórosztályái, mind tökéletesen kitakarittatnak, 's legnagyobb gondossággal hárítatik el minden, mi távolról is ártalmas befolyással lehetne az egészségre.

Minthogy a' legtöbb növendékeknek folygógyulásuk után pihenésre, huzamosabb falusi lakásra 's részint kenes fürdők' használására is van szükségök, az academia' igazgatósága azt rendelte, hogy ők ezen pihenés-időt, jóllehet az iskolai év még nincsen bevégezve, szünidőképen használják, aztán augustus' közepén vagy végén, a' jelen iskolai évből pótoljákki, 's az examen után újra folytassák az iskolát, hogy tanulmányaikban e' szerentsétlenség által hátra ne maradjanak.

H.

Solutio Logographi in Nro 2.:

S a t y r u s.



*Novae quaestiones de decimis etc. in
Hispania.*

Paginae Universales Madrito has communicant literas de 24. Junii: „Ordines Monachorum sublati sunt, claustra diruuntur, et dum Monachi et Moniales Virgines fame colluctantur, Minister aerarii in comitiis cum illa prodit rogatione, ut decimae in usum civitatis addicantur, utque Sacerdotes, qui e proventibus decimarum vivebant, ac ministri ecclesiae fuerant, in servos reipublicae, atque seculares officiales transformentur, decretis eisdem certis, a civitate praestandis, salariis. Quidam Ablegatorum, D. Polo, propositionem hanc fecit, quae deputationi mixtae legislativae, aerialium et ecclesiasticorum negotiorum expendendum creditum est. Ast commissionis hujus membra in arduo hoc negotio inter se consentire non potuerunt, ita ut e 27 deputatis, e quibus constabat, 14 tantum pro abolitione decimarum suffragia dabant, duo a suffragiis semet abstinebant, et caeteri duas separatas dabant opiniones. Ast comitiis illa prima tantum, cui Minister aerarii se plene adstipulari dicebat, pro deliberatione substrata est. Praecipua ejus capita haec sunt: Decimarum ac primitiarum praestationes abrogantur; cuncta Cleri secularis et ecclesiarum bona proprietatem nationis efficient; membra Cleri per nationem intertwentur; —

e parte proventuum illorum Clerus provi-debitur, in quantum vero ii haud suffi-
cient, a natione sub nomine tributi cultus
supplebuntur. Bona Cleri per sextas (in sex
partes divisa) quovis anno inde a 1840 per
sex continuos annos dividentur, et sic in
eadem hac ratione tributum cultus
quotannis augendum erit. Laici il-
li, qui ad decimas jura se habere probave-
rint, e tributo cultus indemnes praestabun-
tur. Dominus Alvaro, dum rogatio haec
in summa pertractaretur, sapienter in rem
quaestionem hanc ex aerariali obtutu expli-
cuit, demonstrans e decimis intentioni Cle-
ri, sumtibus in cultum divinum necessariis,
et ex parte etiam publicae institutioni pro-
spectum hucusque fuisse; multos item pri-
vatos onerosis conventionibus jus ad eas be-
ne fundatum acquisivisse, ipsumque aerari-
um regni annue 60 usque 70 millions „real“
ex iisdem accipere. Recte etiam D. Es-
quivel adfirmavit, totum Clerum hac lege
concitatum et Praetendenti viam stratum iri:
cunctae tamen hae rationes nihili pende-
bantur. Dnus Mendizabal heri declaravit,
quodsi comitia decimarum abrogationem de-
creverint, Regimen decimas anni 1837 ad
expensas belli tegendas pro se desum-
turum, neque ex adverso iis, qui decimas
praestandas habent, extraordinarium tribu-
tum imperaturum. Quam candida haec sin-
ceritas! — Comitia abrogant decimas, et

Regimen eas desumere continuauit, et quidem pro se, non vero pro Clero! — Undique libelli ad comitia dati, qui detrimenta ex abolitione decimarum promanantia exponunt; inter hos, quem Ven. Capitulum Toletanum porrexit, acri adeo stylo fuit concinnatus, ut illum regimen seditiosum esse declaraverit, et canonicos, qui illum subscriberunt, custodiae mancipandos, et ad tribunal preli evocandos curaverit. Interim tamen in haud exiguum Ministrorum confusionem et ignominiam, jurati judices Toletani autores libelli omni culpa absolverunt. — Cae- terum proposita abrogatio decimarum una ad ulteriores gressus deduxit, et reipsa alia quoque jam legis rogatio comitiis proposita habetur, vi cuius Ecclesia hispanica novam formam obtinere, novae dioeceses erigi, antiquae suffferri, jus patronatus soli coronae exclusive reservari, sedes Primatis Hispaniae Toleto Madritum transferri etc. deberent.“

Comitia madritensia die 27. Junii pri- mum caput rogationis de abolendis decimis 109 suffragiis contra 32 adprobarunt.

Aliae literae Madrito de 27-a Junii (in „Monde“) haec habent: Mendizabal jurata fide Hispaniam teterrimis calamitatibus devovisse videtur, et sic divexatam relinque- re; nulla est provincia, quae non jam pro aerarialibus anni 1838 tabellis tributum anticipatim solvisset; e contracto per eum multipli aere alieno, e pretio nationalium bo-

norum, quae jam venundata sunt, et ultra 700 milliones aestimabantur, nihil amplius superest; quin de thesauris claustrorum, qui decies centies millies efficere censebantur, et de argento ecclesiarum, quod 30 millones, quemadmodum ipse Mendizabal comitiis indicaverat, inferre debebant, vel mentionem injiciamus. — Documenta alia, e quibus perceptiones has aestimare possemus, non habemus, quam elenchos, quos provinciales députationes e quatuor, hoc respectu pauperrimis, Hispaniae provinciis de argento ecclesiarum substraverant, quod retentis maxime duntaxat necessariis pro cultu divino suppellectilibus, regimini transmissum est; scilicet e provincia Burgos 236 arrobas, e Valencia 197, e Logronno 169, et e Soria 213, simul 815 arrobas, quod ipsum jam — per 25 lib. unum arroba, et libram ab 80 fr. sumendo — 1.630.000 fr. summam efficit. Hispania 44 provincias his ditiores numerat; superius memoratae quoad argentum ecclesiarum inter pauperrimas referuntur: hinc facile conjici potest, quanta summa Mendizabal potiri debuit; et tamen nemo exsolvitur, unde communis ubique animorum exacerbatio in provinciis viget.

Revisio quorumdam positionum in tabulis aerarialibus Ministrorum Angliae.

A commissione aerariali curiae inf. 26. Junii a. l., praeter alia, hae positiones tabularum aerarialium cum paucis, plerumque ad minutiosas Dni Hume expunctiones, constictis observationibus, probatae sunt: pro salariis in Comitiis munera gerentium 76,700 lib. st. (767.000 fl. c. m.) ; 49.000 l. st. pro Ministerio rei aerariae; 20.481 pro ministro justitiae; 70.867 pro externorum negotiorum ministro; 50.326 pro Commissariis legis pauperum; 100.389 pro exteris negotiorum procuratoribus, (gen. consulibus, consulibus, proconsulibus etc.) Ad positionem 35.900 l. st. pro secretis et arcanis servitiis D. Hindley rationes reddi postulavit, quem ad modum pecuniae hae expendi soleant. D. Hume: „Non intelligo, qui fieri possit, ut pacis etiam tempore pro arcanis civitatis erogationibus aes desiderari possit.“ D. Spring-Rice: „Non credo aestimatissimo Allegato Ashtonii (Hindley) serio id exigere in mentem venisse, ut de expensis arcanis rationes reddantur: illae enim semper ad Ministri claram adprobationem per Prosecretarios Status erogantur, et facta revera erogatio ab utroque literis docetur. — Postquam Minister adfirmasset, nihil inde pro electionibus corrumpendis expensum esse, deinceps pro sumtibus typi

actorum et documentorum comitialium 173
 millia 630 lib. st. (1.736.300 fl. c. m.) probabantur; 244.000 l. st. pro deportandis damnatis ad Südvalles; 20.000 pro erigendis aedificiis scholasticis in Anglia; 10.000 pro erigendis scholis exemplarum instar; 60.000 pro institutione plebis in Hybernia etc. Ita etiam 10.000 lib. st. pro ope Polonis perfugis praestanda. Lord Dudley Stuart, notus Polonorum amicus, animadvertisit, summam hanc esse exiguum. Aerarii Cancellarius reposuit, se rationes, quae Dnum proloquenter ad hanc observationem stimulaverint, aestimare, ast si summa haec aeris augeretur, allicium duntaxat exteris praeberet ad commigrandum in Angliam opis obtainendae gratia. — De positione: 9028 l. st. pro collegio catholico (seminario cleri jun.) in Maynooth in Hybernia prolixior disputatio intercessit. Colonellus Perceval vehementer impugnavit has expensas. Collegium hoc, ajebat, propagationem veritatum christianarum impedit, et politicos duntaxat agitatores educat. In Comitatu Sligo, quem repraesentat, omnes sacerdotes catholicos, paucissimis demtis, auctoritate, qua in communitates gaudent, abuti. D. Inglis existimabat, ut is, qui clerum catholicum excollere desiderat, sumtus institutionum ex suo ferat. (Audite, audite! clamor in scannis ministrorum.) His interim arbitrarium religionis principium se propugnare nolle. (Au-

dite.) D. O'Brien (catholicus hybernus) ad-
firmabat se contra hocce subsidium illud tan-
tum obvertendum habere, quod illud vilis
duntaxat eleemosina sit. Lord Sandon: arbit-
rari se quidem opem hanc pecuniariam pro
clero catholico addicendam esse, systema in-
terim educationis in Maynooth vulgo malum
censeri. Mirari quoque se neminem e domi-
nis ex adverso sedentibus adsurgere decla-
randi, ergo, protestanticam conscientiam su-
am contra ferendum catholico instituto tri-
butum reluctari, postquam catholici tanto-
pere contra id reclament, quod ipsi status
ecclesiae protestanticae contribuere cogan-
tur. D. Hume sperat, catholicos vilem hanc
sibi porrectam opem repudiatus, cum epi-
scopales angl, et, proh dolor! etiam Scotti pres-
byterani tantum idcirco clamorem sufferant.
Lord Clements adfirmsat, quodsi honorandus
Ablegatus Universitatis Oxoniensis (Inglis)
adstipulari vellet, ut catholice id co^fcedatur,
quod ab origine eorum fuerat; si catholici ad
duas illas, per catholicos fundatas, Universi-
tates admissi fuerint, ut ibi scholas frequen-
tare possint, omnem ulteriorem opem super-
fluam futuram. Et hac una optimum fore
medium clero catholico liberaliora sensa in-
generandi, et praejudicia undique tollendi.
(Audite.) D. Lambton quaerit a Colonello
Perceval, an clerus protestanicus nunquam
agitationes suscepert? D. Plumtree suffragia
tandem enunciari desiderat, se enim religiosa

conscientia ab ope pecuniaria, religioni, quam falsam putat, serenda arceri.—Proposita summa 52 suffragiis contra 12 decreta est.

v. * e B.

Templum Dni Auzou iterum clausum.

„Abbé Auzou“, fundator ita dictae „ecclésiae gallicae“ Parisiis a Praefecto Politiae his diebus templum suum hora sexta vespertina claudere jussus est; cum tamen hoc non obstante quotidie ad horam usque octavam concionari non cessasset, valvae portarum templi vi muneris obsigillatae sunt. Ad haec Paginae officiales vespertinae de 4. h. advertunt, ideo hoc consilium susceptum fuisse, quia D. Auzou praecepto: ne post horam 6. conventicula habeantur, non obtemperans, ordinem publicum turbaverat, et quia pro sermonibus suis vespertinis semper argumenta politica praefixerat. v. * e B.

„La Femme Libre“ in Sequana.

Domina „Maria Reine“ olim paginarum S. Simonisticarum: „La Femme Libre“ redactrix, semet propter domesticas, ut ferunt, familiae discordias aquis Sequanaemersit.

v. * e B.

*Moderna commeatus et commercii literarum
celeritas.*

Inde a 1. Jul. h. a. tabellarius Argentorato
Lugdunum intra 36 horas iter conficit, quod
hactenus intra 60 duntaxat absolvebatur.

Sermo est de invento novo telegrapho
electrico, quod nuncia velocitate cogitatio-
num propagaturum sit, e.g. Madrito Petro-
polim intra 2 minuta.

In strato ferreo viae inter Londinum et
Birminghamum primus cursus institutus est.
Director, Geometra et Architectus e Easton-
Square Buxmooram devecti sunt, ad 25
milliaria anglica a strati exordio. Currus in-
tra 2 minuta transivit cuniculum (tunell)
Primerose-Hill, qui $\frac{3}{4}$ milliaris anglī lon-
gus est. In redditū idem cuniculus intra 1
 $\frac{1}{2}$ minuta superatus, et currus intra ho-
ram 30 anglica milliaria consecit. D. Wag-
horn, qui a regimine anglico et societate
mercantili Indiae orientalis in mandatis acce-
perat, ut cursus, vaporariis navibus cum ae-
gypto et India instituendi, rationem confi-
ciat, ab aliquot diebus Parisiis moratur, Or-
dinatus et periodicus cursus inter Suez et
Bombay instituetur; ter quovis mense naves
vaporariae e Suez in urbem Bombay et vice
versa movebunt. Dies suscipiendo e Suez iti-
neris cum adventu navis tabellariae gallicae
Alexandriam in consensum ponetur. Hac ra-
tione homines, literae et merces intra 35—40
dies Parisiis Bombay usque pervenient: sci-

licet intra 3 dies Parisiis Massiliam, hinc intra 10 dies Alexandriam, inde intra 3—4 ad Suez, unde per 20—22 pone Moccam ad Bombay. Iter hoc 4 usque 5 menses huc usque requirebat. Merces quidem graviores ope navium vaporarium promoveri non poterunt; sed quoniam nobilior caffa moccana et thea longiore itinere maritimo bonitatis quidam detrimenti capere solent, hujuscemodi merces in minori quantitate advehi poterunt. Singulari conventione, inter Anglicam et Gallicam Postae administrationem inita, homines, literae et merces, ex Anglia in Indiam orientalem per Galliam transvehentur.

Nova vaporaria navis „Aquila“ in lacu Genevensi (Lemano) inaudita longitudine,—ratione cujus nulla alia in europaeis flaviis et lacubus decurrens vaporaria cum ea comparari potest,—tantam velocitatem obtinuit, ut in primo cursu iter 15 horarum, Genevam inter et Vevay, intra 3 horas et 35 minuta conficerit.

In America boreali neglecta sub directione Barry administratio postae, ante aere alieno gravata, sub sollicita moderni Generalis Postae Praefecti, Dni Pedall, cura emendari et feliores progressus facere incipit. Hic portorium pro distantiis minoribus, non item pro majoribus, prius nimium, una quinta de pressit. Inde a Neo-Aureliano usque Mobile celeres tabellarii in cursu sunt, unde li-

teras intra 24 horas Neo-Aurelianum adserunt, et 285 milliaria germ. — e quibus vix 20 in ductu ferreo, — intra 5 dies et 17 horas, itaque ultra duo milliaria per horam conficiunt. Similis cursus velox inter Baltimoram et S. Louis ad Mississippi; inter Neo-Aurelianum et Cincinnati secundum Mississipy et Ohio flumina; tum inde a Bostone per Albany ad Buffalo pone lacum Erie instituerunt. Et tamen supernatantes Postae perceptiones anno novissimo 642,000 Dollar effecerunt, sive unum fere millionem imperialium borussicorum. Ex adverso gen. Postae Praefectus svasit, ut ab ephemeridibus, quae ob exile earundem portorium inaudita in Europa ratione celeres tabellarios immanibus suis onerant fascibus, pro ratione voluminis ea-rundem portorium desumatur, illudque augeatur quamprimum 550 vel 920 quadratos polices extensione excesserint. Numerus Postae officiorum in foederatis Americae Statis die 1-a Dec. 1836. 11,100 effecit, et longitudo viarum postalium 24.000 milliaria ger. constituit.

v. * e W. et B.



Capulus defuncti Regis Angliae.

Pagine londinenses describunt capulum Majestatis Regis Guilielmi IV-i, apud Dnum Turner funerum procuratorem in Bond-Street inde a 1-a Julii publice expositum.

Capulo Georgii IV. prorsus similis est. Ornamenta simplicitatem praeseferunt et solida sunt; pars interior capuli serico alba obducta est. Longus 7' et 3", latus 2' et 10", altus 2'. Superne scutum seu insigne regium in auro splendet; in medio magna aenea tabula hanc inscriptionem latinam refert: „Repositorium serenissimi et excellentissimi Monarchae Gulielmi Quarti, Dei gratia Britanniarum Regis, fidei defensoris; Regis Hanoveriae, A. C.; Brunsvici et Luneburgi Ducis, Obiit XX. Junii A. D. MDCCXXXVII, aetatis suae LXXII., regnique sui VII.“ — Inferius in ipso capulo ordinis periscelidis insigne visitur cum perigraphe: „Hony soit qui mal y pense“. Capulum et operculum clavi, serie dupli, et ornamenta eximii operis circumdant. Quotidie 20.000 circiter hominum videndi causa confluxisse censemur, inter quos etiam Lord Grey, qui conspecto extremae quietis benigni quondam Principis sui terrestri domicilio plurimum animo commotus fuisse videbatur. Matronae complures lacrimas profuderant, ita et nautae veterani, qui cum defuncto inter „conflictus atque tempestates“ stipendia merebant. Die 2. Jul. sexiga funebri tumba haec regia, sequente alia luctus quadriga, ad palatium Windsor devecta est,

v. * e B.

*Benefaciendi studium eximium Francisci
olim Comitis Szécheny.*

Comes Franciscus a Szécheny, cuius memoriam Hungarus quisque grato in perpetuum animo recolet, uti publice notum est, fuit beneficus pauperum amicus, praecipue illorum, quos status et condito aut pudor ab interpellanda aliorum ope retinebat. Praeter alia etiam isthaec teneri ejusdem benefaciendi animi documenta referuntur: Quidam e nobilibus lite omnem, caeteroquin satius tenuem possessionem suam amisit. Quisque sorti infelicitis condoluit, ubique de infunio et calamitate ejusdem sermo vertebaratur, ast nemo inventus, qui ad ferendam opem manum porrexisset. Fama hujus eventus etiam ad magnanimi Comitis aures perlata est; extemplo virum ad se vocari curat: „Rogo te Domine, fac ut audiam casum tuum“ alloquitur eum Comes; „nihil habes, quod coram me rubore te suffundere posset. — Quantum tibi ex omni tua fortuna relatum est?“ — „Nihil, praeter liberos.“ — „Adi negotiorum meorum procuratorem, is tibi totam aeris summam exsolvet, eam tibi absque censu mutuam do. Redime terras tuas, et educa proles ita, ut quondam propriis viribus vitam honestam agere valeant. Et si quando posteri tui potentiores evaserint, mei autem adversa fortuna ceci-

derint, eis tum summam hanc resolvendam habebis."

Füredini valetudinis curandae gratia quidam juvenis medicinae studiosus agebat. Quamquam aquae minerales proficuae omnino eidem fuerint, diuturniorem tamen ibi moram augustia rei familiaris prohibebat. Queritur idcirco amico, hic vero Comitis magnanimitatem interpellat. „En crumenam meam“, ait Comes — „ignoro quantum contineat, neque id sciam dum restitueris. Accipe tantum, quantum tibi necesse videbitur, et estote de juvēne magis quam de me sollicitus.

v. * e Z.

A' Pesti magyar színház megnyitási üdvözlésére felszólítás.

A' Honművész felszólításokat közöl a' pesti magyar színház megnyitására készítendő üdvözlések, 's ugyan ez alkalomra adakozás' utján veretendő emlékpénzek iránt. Az üdvözletek készíthetnek versben vagy prozában, magyar, latin, német, tót, horvát, örmény, orosz, görög, szerb, oláh és zsidó nyelven; 's a' színház megnyitásakor ingyen fognak a' közönségnek kiosztatni. Az emlékpénzek nagysága kétséle lesz, t. i. kettős tallér és húszas nagyságú. Nyomatni fognak ezüstben és rézben; de lehet azokat aranyban is verettetni, minden adakozónak

kivánsága 's ajánlása szerént. minden ajánlónak egy darab ingyen fog kiszolgáltatni; azonban kiki megrendelheti adakozásához mérve, mennyi és millyen darabot kíván. Mind ezek felől a' Honművész hivatalával lehet értekezni.

H. T.

*Sz. Ferencz Szerzete templomának uj torony
keresztje Esztergamban felszenteltetett.*

Esztergamban jun. 21-ki délután ritkább nemü szertartást végze Jordánszky Elek tinniniai fölszentelt püspök; t. i. Bogyó Bertalan guardián fáradhatlan közbenjártára több jeles adakozó, a' Sz. Ferencziek templomtornyát odvas laposságából, a' város diszére, izletesb domború alkatban ujjá emeltetvén, annak csucskeresztiét szokott ünneppélylyel fölszentelé, mit különösen emelt buzgó szellemben tartott ékes beszéde. Ezután rendeltetési helyére illesztetvén e' hitünk egyszerü jele, tisztelekedési üdvözléseket har sogott a sokaság az alapító jóltevőknek. Sok szivből mély sohajt fakasztott e' szertartás, sokban forró ohajtások ébredtek; mert hasonló szertartásnál, t. i. a' már mármár készülőben levő ujizlésü Kerek-Anna (Anna-Rotonda) templom' kúpját magasztaló kereszt szen telésnél (1821 sept. 8-kán) hült-meg a' jeles bibornok primás Rudnay, mi oka is lett rög tön (sept. 13.) halálának, 's egyszersmind

megszünteté a' most is árva romokban mo-
hosuló székesegyház építését. *Jel.*

D e n o m i n a t i o .

Caeo-Regia Ap. M. altissima résolutio-
ne de 3. Jun. a. c. per gradualem promotio-
nem in Metropol. Capitulo Colocensi, Can-
torem hucusque Venc. Thuegut — Lectorem;
tum Custodem Mich. Csupor — Cantorem;
Praepositorum prius S. Pauli de Bács, Casparem
Tering — Custodem; — tum Cath. A.-Dia-
conum Franc. Wagner, — Praepositorum S.
Pauli de Bács; — Archi-Diaconum hucus-
que Bácsiensem, Georg. Girk, — Cathe-
thdralem Archi-Diaconum; tibiscanum Ar-
chi-Diaconum Jac. Rein, — A. D. Báciensem;
Magistrum Seniorem, Joannem Nehi-
ba — A. D. tibiscanum; et Magistrum Ju-
niorem Ant. Szathmáry — Magistrum Senio-
rem ibidem benignissime denominare digna-
ta est.

C. R. Ap. Majestas altissima resolutione
de 7. Mart a. l. Mich. Molcsányi, parochum
in Vet. Lubló, tum Adam. Petyerecz, paro-
chum in Vitternick, et Alexium Keil, paro-
chum in Düránd Canonicos hon. Capituli
Scepusiensis benignissime nominare digna-
ta est.

RR. ac M. D. Gabriel Balassa Canoni-
cus Veszprimiensis I. Tab. R. Praelatus deno-
minatus est.

Lord Palmerston.

Paginae publicae orationem communicaunt, quam Lord Palmerston die 19. Aprilis, brevi ante, quam plurium dierum consultationes in comitiis anglicis relate ad hispanica negotia terminatae fuissent, habuit. Negari nequit, illustrem Lord hac opportunitate tam ratione temporis, quod ad dicendum selegit, quam ratione ipsius pertractationis majorem, quam unquam alias, in proponendis suis consiliis sagacitatem atque dexteritatem prodidisse. Si oratio haec tamquam explicatio sensorum cuiusdam e viris factionum consideretur, qui opinioni suaे fidem conciliare omni contentione adlaborat, satendum profecto est, eandem pro hoc scopo prudentissime adornatam fuisse. Ast alia prorsus est ratio, si expendatur, sermonem illum ab anglico Statussecretario externorum negotiorum habitum esse.

Argumenta ipsa dictionis adeo singularia et praeter exspectationem gravia sunt, ut operae pretium sit, genuinam verborum vim et significationem clare apprehendere.

Si D. Thiers, filius revolutionis, dum Praeses concilii Ministrorum et Minister externorum negotiorum Regis Galliae esset, non verebatur nomine Ministrorum, quorum Princeps fuerat, sympathiam suam pro illo regimine in Hispania enunciare, quod ipsum e revolutione enatum censendum est, et qui-

dem ob nullam aliam, quam hujus ipsius originis caussam; hoc quidem intelligi potest, et naturale esse videtur. Ast dum Minister anglicus, immediatus quippe in serie successor illustrium reipublicae virorum, qui inde fere a medio seculo caussam legitimi ordinis et juris tanta cum constantia ac felicitate propugnabant, non abhorret, absque ambagibus illorum principia profiteri, qui nationi jūs tribuunt, „si res ita secum ferat, summum regiminis caput mutandi;“ actus hic adeo memorabilis et inauditae gravitatis est, ut accurate et cum omnībus suis consequentiis expendi omnino mereatur.

Hucusque Ministri anglici, quamcunque obcaecatae et constrictae mentis in consiliis politicis esse videantur, sincerum tamen votum illud sovere censendi erant, ut pax in Europa conservetur, et hoc eodem scopo tranquillitas interna cunctarum civitatum sarta tectaque custodiatur, utque ordo stabilitus ac jura legibus fundata ubique secura praestentur. Supponere etiam licuit consilia eorum singulariter in rebus hispanicis, praeter minutos quospiam emolumentorum, forte obtinendorum, respectus, et conjecturas re ipsa illa, caeterum vana omnino, spe fuisse suffulta: posse regnum hoc pacari, dummodo ipsum Principem Don Carlos ejusque assemblas removere inde succederet. Denique libenter credituri eramus, Ministros Angliae, idem cum saniore Europae parte tenentes,

revolutiones pro ejusmodi eventibus habere, qui saepe quidem evitari nequeant, in singularibus casibus excusari etiam, imo nonnunquam in consecutiis salutares esse possint, una nihilominus ingentes semper juris violationes et convulsiones adducant, et qua tales pro maximis, quae unquam societas civiles ferire possunt, humani generis calamitatibus censendae, iisque terribilibus naturae casibus comparandae sint, qui mundum physicum quandoque invadere solent: uti sunt turbines, inundationes, terraemotus, magna incendia etc.

Interim in omnibus his spes nos fefellit. Ministri Angliae illorum potius opinioni adstipulari videntur, qui populis jus tribuunt revolutiones, dum et quando eis placuerit, vel prout ipsis „necessarium“ visum fuerit, suscipiendi, suosque Principes et magistratus pro libitu constituendi aut exauctorandi. Ministri Angliae non idcirco interveniunt in negotia Hispaniae, ut in infelici hoc regno tranquillitas restituatur, sed cum ipsa revolutione ibidem cooperantur, ut eidem triumphum procurent; itaque a ministris Angliae exspectari potest, ut nullam occasionem, principiis suis per totam Europam victoriam procurandi, praeterlabi patientur, et sic ubique locorum, ubi factio quaedam legitimo domino vale dicere „necessarium“ putaverit, eidem auxilium laturi, et si fieri possit, cunctas civitates ad illum felicitatis

apicem deducturi sint, ut in his quoque publicorum jurium correlationes aequa tam certis innitantur fundamentis, prout nunc constitutiones Angliae et Galliae de anno 1688 et 1830 inniti videntur.

At vero hac ratione occidentale foedus quadruplum caeteris Europae potentiss, velut pactum revolutionis apertum contra antiquum jus initum, adparere debet; neque iniquum videri posset, si ex adverso eadem pari ratione inter se pro illorum caussa, qui suam in Hispania tanta cum constantia propugnant, foedus quadruplex pangerent.

Nullus alioquin exercitus per Galliam in Navarram iter suscepturus esset, neque classis ulla borealis exercitum ad litora Hispaniae exponere tentaret; ast alia etiam dantur co-operationis genera, quae minus periculosa et tanto magis secura sunt. Si e. g. loco 40 millionum armatorum quadraginta millions fr. foederato ad arbitrium concrederentur, neque vero id clam et occulte, sed palam publice coram omnibus curiis argentariis Europae. Imo multo adhuc plus praestari posset, si nempe vadimonium reciperetur, futurum fore, ut restaurata Hispania aeriales suas et debitorum correlationes magis iusta et aequa ratione compositura sit; dubitate sane licet, an cunctae armorum, adparatum bellicorum, et militum — etiamsi clasiarii forent — subvectiones in lance co-operationis tantum efficaciae habituae essent,

quantum supradicta praestandi auxilii ratio. Id saltim nullus deinceps sagaciorum ambiget, quod moderno regimini madritensi, et quibusvis aliis eidem succendentibus similis originis, nihil aliud supersit, quam continuus progressus ad catastropham, certissime et necessario suo tempore secuturam eridam universalem.

v. * e P. B. W. B.

Lord J. Russel consilia sua electoribus exponit.

Lord J. Russel Status - Secretarius (Minister) internorum negotiorum imminentे rursum nova electione ad electores suos Stroudenses, quorum hucusque Ablegatus fuerat, in sui commendationem literas, ut vulgo fieri in Anglia solet, dedit, in quibus factorum rationes reddit et principia sua profitetur. Quaedam ex his literis juvat hic attingere. — Post encomia duci Wellington data, quem cunctis factionum studiis eminentiorem statuit, negat quoad tabellas civiles, seu dotem coronae, peculiarem quamdam inter opiniones differentiam intercessuram; nam quemadmodum honoris ac dignitatis Coronae interest percepta et expensa sua haud celare, ita commodum et saniora populi sensa deposcunt, dignitatem Majestatis nequaquam constringere velle. Ulteriorem legis de pau-

peribus expansionem se non declinaturum declaravit, sed potius quamlibet ejus emendationem lubenter suscepturum. Quoad caeteras graviores quaestiones ad facta sua anteriora provocat, unde futura agendi ratio pateat; literas denique suas ita claudit: „Conabar institutiones nostras reformationibus corroborare, pro quavis opinione religiosa (confessione) absolutam libertatem obtinere, et iam Hyberniae aequalem cum Anglia libertatem procurare. Una tamen sollicite cavi ne ullum in innovationibus principium admittatur, quod veteres institutiones nostras in periculum adduceret, libertatem religionis cum detrimento praexistentis ecclesiae stabiliret, necessitati ac desideriis populi anglici ea ratione subveniret, qua unitas et integritas regni disturbaretur. Hoc sensu animatus propositioni cuique de introducenda electiva Procerum curia, de tributo in fines ecclesiasticos libere ex arbitrio ferendo obstatum mihi censui. — Unum adhuc argumentum attingendum habeo, quod hucusque in comitiis parum agitabatur: scilicet majorem publicae institutionis extensionem. Civitas hoc respectu obligationem primi ordinis adimplendam habet. — Unum e benignis Georgii III. votis fuerat, ut singula prolis in suo regno biblia legere possit. Utinam augusta throni haeres votum hoc adimplendo sit! Utinam culturae propagatio, religionis ac morum salutaris progressus et sanctimo-

nia tum communis populi felicitatis incrementum regimini moderno majorem pariat gloriam, quam partae priorum temporum in alea belli victoriae; nec minus illustris pacis, quam fuerat belli, eveniat triumphus!"

v. * e B.

Ubertas comitialium consultationum.

Acta novissimarum sessionum comitialium in Curia inf. Angliae cum adclusis documentis 50 tomos in folio constituunt. Paginatio titulorum seu index solus unum satis amplum tomum efficit. (De sumtibus typi actorum vide Alvearis III. Fasc. paginam 86. in apice. *)

Monarchae inter belli Duces Angliae.

Anglia hoc tempore duos Monarhas censet inter suos Generales: Regem Hannoverae, et Regem Belgii, qui ambo Campi-Mareschalli sunt. Reliqui duo Angliae Campi-Mareschalli sunt Dux Wellington et Dux Cantabrigiensis.

Purus Patriae et Boni publici amor in speculationibus.

Paginae „Messager“, quae inde ab exordio adseverabant, tractatus cum Mareschallo Clausel de sumendo in copias Gubernatricis Hispaniae summo imperio nuper

^{*)} Apud nos privatis sumtibus imprimi solent; novissimorum comitiorum Diarium et Acta 22 tomos effecere; — haberi adhuc possunt integra exemplaria a 89fl. 40xr. c.m.

occeptos vanos ac frustraneos futuros, die 9. Jul. has de eodem argumento elucubrationes dant: „Tractatus cum Mareschallo Clausel nunc ad verum suum valorum reducti esse videntur. Neque enim de salvando per militare ingenium ac talentum Marechallici revolutionary regimine Hispaniae agitur, sed potius de speculatione pecuniaria D. Aguado aerario hispanico magna summa tenetur, quae jam a longo tempore incassum ab eo repetitur; nunc tandem summa illa aeris condonanda ei promittitur sub ea conditione, ut fidem et auctoritatem suam interponere velit ad aliquot adhuc milliones a simplicula argentariarum speculationum plebe eliciendos, plurimis iis, qui jam pro servitiis hispanicae revolutionis pessumdati sunt, accensendos. In desperato regiminis reginae statu fucata aliqua securitatis (garantiae) species ac praestigium pro decipiendis creditoribus necessaria erat. Dnus Dux D., magnae auctoritatis commembrum caetus speculantium, spondebat garantiam hanc apud regem gallorum se exoperaturum. Eloquenter ejus naufragium passa est, et Dux repulsam expertus. Anglia in hoc negotio minus difficilis futura erat, et, si Cuba in praemium data fuisset, pro mutuo fidem interponere parata fuisset. Ast Americani virtute pactorum praexistentium nulla ratione admittere volunt, ut Angli sub quocumque praetextu in negotia hujus coloniae se immisceant;

ea nempe, ut ajunt, vel hispanica, vel libera prorsus sit, oportet. In hac perplexitate Mareschallo Galliae et exercitu interveniente opus fuerat, itaque hoc consilium in medium prolatum. D. Campuzana (Legatus Hispaniae Parisiis) Christinae benignitatem Mareschallo conciliandam et ab eadem honores ordinum insignia ei procuranda in se recepit. D. Aguado contra pro communibus sumtibus argentum a campsoribus eliciendum spopondit. Interim in palatio regio sinistre omnia evenerant. D. Clausel agmen 25.000 armatorum conscribendorum potestate provideri cupiebat; sed severioribus verbis dicitur repudiatus fuisse. Alter etiam eventus intercessisse narratur. D. quippe Ouvrard, vix intellexerat, Dnum Aguado aliquantum cunctari, extemplo feneratoriam suam sedulitatem obtulit; sed non secus ac nuper Carolus V. pro similibus servitiis etiam „veteranus amicus ejus Molé“ gratias eidem agere festinabat. D. Clausel, hac ratione in politicas et financiales moralitates (seu in sodalitatem politicas et aerarialibus rationibus suspectorum;) incidens, quales sunt minister Politiae anni 1816 et famosus totius orbis admodiator, in hac scena talem personam ludere coactus fuit, ut sperari possit, eum mox, partes sibi tributas publicae deprecaturum.“

Haec et similia lucem nobis praebere possunt, usurariam pravitatem in moderni

aevi motibus non secus ac olim *), et fors nunc longe majori in gradu partes suas habere; et dum plurimi libertatis, publicae salutis, communis prosperitatis rem agi somniant, ipsique speciem earum consectantur, re ipsa speculatorum, foeneratorum, ambitionisorum, et egoistarum, qui proprii sui commodi causa totius orbis tranquillitatem ac salutem aleae exponere parati sunt, consiliis fraudibusque vilem in modum inserviunt.

v. * e B.

Rogatio legis de modificanda civili Judaeorum in Saxonia conditione.

Regimen Regni Saxonie hanc civilis Judaeorum correlationis modificationem comitiis proposuit: „Nos Fridericus Augustus, Dei Gratia Saxoniae Rex etc. etc., ad civilem Judaeorum, regnum hoc incolentium, conditionem — amplificatis industrielles occupationes exercendi juribus—quantum fieri potest, favorabiliorem reddendam, assentientibus fidelibus nostris Statibus, decernimus:

§. 1. Concessa Judaeis in hoc regno domicilia figendi facultas post haec etiam ad civitates Dresdam et Lipsiam restricta manebit. Praeter eos, qui a regimine indultum

*) Multa praeterea ad avaritiam excogitabantur, ut honesta praeescriptione rem turpissimam tegeant. — Suo privato compendio serviebant.

Caes. de bello civ.

pro se et familia sua jam obtinuerunt, facultas haec etiam ad illos extenditur, qui praescripto legis de 24. Nov. 1834. jure domicilii in alterutra dictarum civitatum gaudent, nisi illud receptione sui in aliud regnum amisis- sent. Hi itaque pro figendo domicilio, aut ineundo matrimonio, novo indultu opus non habent. Matrimonium tamen ante expletum 21-mum aetatis annum etiam apud Judaeos mares vetitum manet.

§. 2. Transmigratio Judaeorum Lipsia Dresdam, vel vice versa, cum venia duntaxat magistratum municipalium locum habebit.

§. 3. Exteris Judaeis domicilia, eo intellectis etiam illis, quae, inito fors inter Judaeam alienigenam et Judaeum intraregnatum matrimonio, procurata habentur, obtento duntaxat dicasteriorum regni indultu, concedi possunt.

§. 4. Judaei Lipsiae vel Dresdae domiciliati quemcunque industriae ramum, sub restrictionibus infra expositis, caeterum iisdem praerequisitis, quae in Christianis exiguntur, praediti, pro lubitu exercendi jure gaudent.

§. 5. Jus quidem civis spectat etiam ad praerequisita, quae Judaei, vi §-phi 4-ti, ut opicia exercere possint, acquirere obligantur, illud tamen expositas in §-pho 65. coordinationis civitatum qualitates et praerogativas iisdem haud tribuit.

§. 6. Ex industriae ramis §-o 4. memoratis eximuntur pharmacopolia, diversoria, popinae, macella et scrutaria quaestura, hujus ultimi exercitium per exceptionem indultum Dicasteriorum praerequirit. Diversoria tamen ac popinae pro usu ipsorum Judaeorum admittuntur, nihilo minus a publica auctoritate rata habenda sunt.

§. 7. Quod opifcia adtinet, jura coetus ac magisterii, et in hoc casu etiam jus sodales et tirones servandi, conceditur; Dicasteria tamen regni erga relationem civicorum magistratuum numerum commemborum aut magistrorum in quovis coetu defiget. Non secus de numero sodalium ac tironum, quem Judaei coetuum magistri habere possint, municipali magistratui liberum relinquetur necessaria disponere. Pro tironibus judaeos dntaxat pueros suscipere eis licet.

§. 8. Judaeus quivis intraregnanus a) haereditarium nomen familiae, si nondum haberet, assumere, et locali magistratui insinuare obligatur; b) in omnibus documentis, contractibus, testamentis, sponsalibus etc., ita etiam in suis libris commercialibus pure germanica lingva eis utendum erit. — In cujus rei documentum legem hanc manu propria subscrisimus et regio nostro sigillo corroboravimus.“

v. * e B.

Scientiae quandoque morbos corporis tollunt.

De Alphonso sapiente, rege Hispaniae, narrat Antonius Panormitanus: eum dum gravi quodam morbo laboraret, omniaque medicamina, a medicis praecepta, effectu carerent, historiam Alexandri Magni in Curtio tanta cum voluptate legisse, ut mox se valetudini plene restitutum sentiret, et saepius deinde exclamaret: „valete Avicenna et Hippocrates, et quotquot alii celebres estis medici, vivat Curtius, salus mea!“ — Rex Matthias Corvinus, qui literas et viros doctos non tantum aestimavit et promovit, sed ipse quoque scientiis excultus fuit, docto et ingenioso colloquio Jóannis Regiomontani (cui pro dedicatione cuiuspiam operis 800 aureos donavit) adeo exhilaratus fuit, ut a gravi morbo mox liberatus sit.

e * e Z.

Arbor in toto orbe terraquo maxima.

Europa merito gloriari potest, se maximum totius regni vegetabilis gigantem, plantam orbis maximam possidere. Arborem quippe, sagum castaneam, in latere montis aetnae. Caudicis seu trunci peripheria est 152 pedum. Inde a medio seculo arbor cava disrupti caepit, et tanta utrinque accepit via, ut hiatus portarum vices obeant, per

quas pone se invicem duo currus in- et e-
gredi commode possint, hoc non obstante
folia quotannis fructusque fert. Intus tugu-
rium sat amplum exstructum est. Vulgo ar-
bor „centum equorum“ appellatur; quon-
dam enim imminente tempestate, frequens
societas in comitatu 100 equitum in cavitate
arboris annosae securum invenit refugium.

v. * e Z.

Mors martyrii.

In Cochinchina (India) Missionarius qui-
dam Christianus, Marchand, nuper tales cru-
ciatus perpessus est, quales primo aerae
christianae exordio martyres perpessos fuisse
constat. Crudelitates quibus expositus fuit,
tormentorum, a Proconsulibus sub Diocle-
tiano etc. excogitatorum, remoriam mevocant.
Pius hic Missionarius per menses duos in e-
xiguam caveam inclusus fuit, in qua neque
rectus stare, nec pedes extendere potuit.
Candentibus forcipibus musculi corporis el-
acerati sunt. Die 30. Nov. 1836 vitam hanc
cruciatibus terminavit.

v. * e Z.

Funus paginarum „Constitutional“.

Paginae „Constitutional“, quae ante 9
menses edi caeperant, die 1. Jul. a. l. pro suo

proprio funere aes campanum hac ratione
compulsarunt: „Paginae „Constitutional“
hodie ultimo comparent, nigra in margine
fascia duplice pollet significatu; contipere nunc
mente possumus, quidnam nobilis ille vir
sentire debuerat, qui funus suum proprium
comitabatur. Paginae „Constitutional“ vitam
per 3/4 anni egerunt; dum mundum conspe-
xerant, tempus e caeruleis suis coelestibus
oculis arridere visum est. Momentum illud
temporis advenisse credebatur, quo paginis
matutinis pure radicalibus fortuna secunda
obtingere debeat. Spes haec nos felicit. Fa-
tum in foedere adversum nos stetit. Multos
consilii sed paucos pecuniae dispensatores
invenimus! Cuncti confitebantur, paginas
„Constitutional“ re vera causam radicalem
agere; ut primum attamen argentum solven-
dum fuisse, nemo domi inventus. Ita de-
mum factum est, ut pauci illi, quibus omne
onus incumbebat, justa indignatione commo-
ti calamum abjecerint.

v. * e B.

A' magyar tudós Társaság.

A' Tudománytár encyclopaediai folyó-
irat' új folyamának 2-dik kötete, 20 íven, 4
kömetszettel, megjelent; s illy tartalmú. I. Érte-
kezések. Népnevelés(Briedl Fidél). Mernyiségi-
tudományi tételek. (Vállas Antal). Elmélke-
dés a' polgári büntetésről (Tarczi Lajos). A'

szanszkrit nyelv' ismerete (Réső Ensel Sándor). Törvények' és szokások' hasonlatossága (Kállay Ferencz). Villányosság az életműves lényekben (Mocsy Mihály). Okleveles toldalék (Luczenbacher János). — Ezen első, vagy is értekező osztályhoz, mellynek két szállityánya mindenkor egy kötetet teszen, azok' számára, kik azt 's a' literaturai osztályt annak idejében külön akarják köttetni, egy különös czimlap, valamint e' kötethez tartozó név és tárgymutató is adatott. — II. Literatura. Az 1835-dik évi külföldi philosophiai munkák', tudományrendszeresen (Nagy István). Criticai vázlatok, a' külföldi literatura' legujabb 's kitünőbb termékeiről. Franczia tudós társaság' ülései, aug. 29. — nov. 21. 1836. A' göttingai tudós társaság' legujabb jutalomkérdezései. Bibliographia. Biographia. Magyar tudós társaság ülései, és hivatalos jelentései, martziustól májusig. Literaturai töredékek. — Ára a' négy kötetből álló esztendei folyamatnak nyomt. pap. 4 ft., velenczei velinen 6 ft.; postán 1 ft. 36 krral drágább. Találtatnak még mind két nemű példányok az első, 2dik és 3dik évi folyamatból Pesten Eggenberger József academiai könyvárosnál, kihez minden egyéb könyváros utasítatik. Pest, a' kisgyülekből jul. 10. 1837. Dr. Schedel Ferencz, titoknok.

NB. Pag. 95. ord. 9-o lege: „25-iki“; et ord. 27-o
(1831 Sept. 7-dik.)

Kezünkbe kerültek Ms. Scitórszky János, Rozsnói Megyés Püspök Urnak 8 beszédei, mellyeket a' mult nagy bőjben székes egyházában mondott; mivel pedig ezeknek tartalmát, a' mai korszellelre nézve igen érdekeseknek láttuk, magától a Szerzőtöl engedelmet nyertünk, hogy azokból némelyeket Méhkasunkba is iktathassunk 's így használhassunk. Olvasóink, nem kételkedünk, kedvesen 's nagyrészvéttel fogják olvasni, 's vajha minden háznál hazánkban olvastatnának figyelmesen! — hatásuk a régi ajtatos, erkölcsös, egyszerü, nyiltszívű 's barátságos élet' ébresztésére 's viszsziszállítására sikeres lehetne! A mennyire tudósítatunk ez bőjti beszédek alatt tömre volt a' templom, 's észrevehető élénkséggel 's buzgó érzelemmel halgattattak.

ELSŐ BESZÉD.

*„Uram! nem de jó magot vegettél földedbe? honnan vagyon tehát, hogy konkoly nevekedik rajta?”
(Máté XIII. 27.)*

Igy szólította házi gazdáját a' szolga Sz. Máté Evan. Jegyzete szerint: ily bátor vagyok én, saját, és a' ti nevetökbe meg kérdeni

e' Keresztsán függő Názáreti Jézust: Uram! nem de fáradhatlan tanításoddal a mennyei Igazságoknak, 's a' legszentebb erkölcsöknek magvát vetted a' te Anyaszentegyházadba — azt példás ártatlanságoddal ápolta, és a' Keresztfán ontott szent véreddel ásztattad? honnan vagyon tehát, hogy Anyaszentegyházban a legrosszabb fű, konkoly — a' hitetlenség, erkölctelenség annyira nevekedik? Azt a' feleletet adja a' selfeszített Jézus: *Inimicus homo fecit hoc „az ellenséges ember cselekedte ezt“* (Máté XIII. 28.)

Úgy vagyon KK. legdrágább, legjobb az a' mag' mellyet a' Mennyei Atya egy szülött fia Jézus által az emberek között elvetett! — ez az Isteni igének magva hozott-is legbővebb mértékben legkelemesbb hit, 's erkölcsi gyümölcsöket — valahol csak jó földbe esett, és növésében nem akadályoztatott, nem tiportatott — valahol csak elfogadtatott az örvendetes Evangélium, minden rendben, minden korban olly nagy lelkű, 's szent embereket alakitott, és neveltt, kik az emberi nemnek mindég valódi diszei voltak, 's leendnek, kiknek emlékük századok után is foghatlan illő tiszteletben maradand. — Mi tette vallyon oly nagy tiszteletűvé Pétert, Pált, Ambrúst, Ágostont; Constantint, Nagy Károlyt; Istvánt, Lászlót? hanem a' Jézus Evangeliomához szoros ragaszkodás.

E' legdrágább magot az Isteni Jóság a' mi napjainkra is sentartotta; ugyan azon

Evangéliomnal dicsekszünk mi is, mellyet 1800 évek előtt maga az Istennek fia Kegyes Jezus hirdetett. Ez az Evangelionnak magva a' Prédikálás, lelki oktatás, intés által a' mi szívünkbe-is gyakran, és igen-is gyakran vettetik, melly ez előtt olly nagy, és kelemes gyümölcsöt hozott; de ha tetteinket, ha nyilvános 's magányos éltünket, viselütünket, a' mi valóban ajtatos, és Keresztény Eldődink', Nagy, 's öreg Apáink' viseletjökkel össze vetjük, ha figyelmes tekintettel a' Mennyei Atyának földjét, á Krisztus Jezus Anya-szent egyházát körülhúzzuk, ah valóban jajgató hangal kell fölkiáltanunk: „*Uram nem de jó magot vetettél földedbe? honnan van tehát, hogy konkoly nevekedik rajta?*“

Igen-is édes Fiaim! a' rosz fű a' konkoly az újabb időkben, a' mi napjainkban, a' Krístus Anyaszentegyházában igen elhatárolmazott, 's anyira elterjedt, anyira felüté magát, 's felnevekedett, hogy a' Jézus által elvetett jó magot, nem csak gyümölcselenné teszi, hanem azt egészen megfojtani, gyökerestül kitépni, semmivé tenni senyegetődzik. — Oh KK. a' mi hit, 's erkölcsi legszomorúbb állásunkat seketébbre festeni úgy szólvan szükségtelen; mert a' hitetlenség, az erkölcsatlenség — az Isteniekhez hidegség — felebarátinkhoz érzéketlenség — itt e' szent helyen a' templomban — a' piaczon, az útzákon — minden háznál — minden rendnél, és

kornál látható, kézzel tapogatható. Erről sírva panaszkodik az Apa, Anya gyermekire nézve — a' Gazda, Gazda-Asszony cselédire nézve, — az Előjáró alattvalóira nézve — a' Biró a' pörlekedőre nézve, — a' Tanítók Tanítványikra — a' Papok, Prédikálók hivéikre, halgatóikra nézve — rakva vannak jajgatással a könyvek, hirlapok, újságok, levelek: nincs többé hit, nincs religio, nincs vallás — nincs erkölcs — nincs igazság — nincs jámborság! ez hangzik mindenütt!

Midőn e' hit — 's erkölcsbeli siralmas állapotunkról, majd kiki jajgatva panaszkodik! hányadik valljon az közülünk, ki magát ama hitetlen, erkölctelen tömeghez számítaná? a' ki mondaná: én-is hitetlen, én is erkölctelen vagyok,, — hányadik az: ki saját lelke megvakitását érzené, szíve' megvesztegetését meg ismérné? — hányadik az KK. ki tellyes meg győződéssel lenne a' felől: hogy ha az egész emberi nemzetet egy közösséges zavarodásba, ha a' föld' kerekségét latrok barlangjává, ha az embereket ragadozó farkasoká nem akarjuk tenni, a' hitetlenségek kiirtásán, az erkölctelenség' kigyomlálásán törekedve kell munkálkodni? mondjuk-meg KK. az igazat: látjuk, haljuk a' hitetlenséget, az erkölctelenséget, és eránta érzéketlenek vagyunk! — szerentsétlen idő! boldogtalan korszellem!

E hitetlenség, 's erkölctelenség eránti érzéketlenségünk határozott arra, 's pászto-

ri köteleségemmé tette, hogy e' szent Bőjtbén, e' penitentia napokban, e' szent keresztlalatt a' mai hitetlenség, és erkölcsstelenség ellen emeljem fel szavaimat különösen — jól tudván, hogy ha valakinek, nékem szól minden kétségen túl az a' fenyegető, 's parancsoló letzke, mellyet Isaiás Proféta által hirdet vala az Úr: *Clama, ne cesses,,* (Is. 58. 1.) *kiálts,* — *meg ne szűnj,* mint a' *Trombita emeldföl szavaidat,* 's *hirdesd Népem' erkölcsstelenségét, hitetlenségét,* mert a' *Tekezedből fogom az ó lelkeket kívánni!,,* — én reám nézve rettentő szententia!

Következőleg valamint ma, úgy a' következő Vasárnapokon siessünk e' szent hajlékba, 's letelepedvén e' Kereszten függő világ Üvezítőjének a' kegyes Jézusnak lábai alatt megszomorodott szivvel fontolgassuk hit, 's erkölcsi megvesztegetésünket, és elmélkedjünk: ha illyenek maradunk, mi hasztalan tanított minket az a' szent száj? mi hasztalan folyt ama 5 mélységes sebekből a' drágalatos vér? — értünk follyt mint a' patak, 's mégis elveszünk? — Oh legyen hát e' szent bőtti elmélkedésünk tárgya legyen czélja: a' mi hit, 's erkölcsi megvesztegettetésünket megösmérni — és e' megvesztegettetésünk' okait kitapogatni, kitanálni.

Oh Jézus! tekints a' magos Egekből mi reánk, kik e' szent Bőjtbén, drága véreddel festett kereszted alatt a' mi hit, 's erkölcsi siralmas állapotunkról elmélkedni akarunk —

világítsd-meg elménket, hogy helyzetünk nagy szerentsétlenségét megösmérjük, 's e' szerentsétlenségünk okait voltakép kitanúhas-
suk! — Leend ez a' Te szent nevednek di-
csőítésére, 's minekünk teremtményidnek lel-
ki boldogulásunkra! figyelmezzetek,

Rajzoljuk-le voltakép most a' mi hitet-
len, 's erkölcsstelen helyzetünket. Meg kell
ugyan vallani, hogy az Istennek földje, a'
Krisztus Anya szent egyháza soha sem volt
egészen tiszta a' rossz, 's veszéljes nedyű fü-
vektől — talált mindég módot az ellenséges
ember a' tiszta búzának magva közé kon-
kolyt hinteni — mindég találtattak a' Jé-
zus aklában rühes juhok, szelid háránybőr-
be öltözött ragadozó farkasok — mindég
voltak Jézus Anyaszentegyházában a' szent
életű férjfiak 's asszonyok között gyarlók; kik
a' késértetnek engedtek, és gonoszak, kik a'
hit igazságait gyülölték, az erkölcsstelenséget
kedvelték, botránkozást szültek, 's a' ke-
reszténységnek romlására voltak. — Már a'
12. Apostolok között egy gonosz Júdás lap-
pangott — már szent Pál, János, Jakab:
álnok atyafiak, tévelygő tanítók, vesztegetők
ellen keservesen panaszkodnak — még az A-
nyaszentegyháznak ama első szent századi-
ban, mikor annyi ezrek, meg ezrek a' Jézus
hitéért, az Evangelionban foglaltt Igazsá-
gokért egész elszánással, véröket ontották,

találtattak hitetlenek, kik Jézust megtagadták, és gonoszak, kik az Evangelion' gyalálatjára gonoszul éltek; de nem voltak ezért ők olly szerencsétlen helyzetben, mint mi; — igen igen nagy a' külöombség az akkorí, és mostani hitetlenek, 's erkölcsstelenek között — ők kevesen voltak, mi igen sokan vagyunk — a' mai hitatlenség, erkölcsstelenség anyira közönséges lett, hogy azt olly borzadásig eláradva minden rendnél, és háznál feltalálni egy században sem lehetséges; — és a' mi legszomorúbb, a' mi velejébe hat a' külöombségnek, az: hogy ők a' törvényt szívökben tisztelték, a' kötelező erőt néki meg nem tagadták; de a' mai emberek a' hit, 's erkölcsi törvények' hiteleségéről, tekintéről, tiszteletéről egészen lemondta — a' hit ágazatok előttök mende mondák — a' törvények üres hangok — ezek ellenvaló tett, nem vétek, nem gonoszság.

Az igaz: nagy szerentsétlenség, ha bizonjos üdő korban, akármelly hit ágazatnak vagy törvénynek ellenére a' hitatlenség, a' vétek közönségesebben elterjed — nagy szerencsélenség: ha p. o. a' gyermekek' nevelése hibás — a' házasági hűség csüggéd — a' házi békesség alább szál — ha csalások, igazságtalanságok, paráznaságok történnek, mert ezek az emberi nemnek fölöttébb károsok, veszélyesek; de még sem lehet az efféle kicsapongóknak megtérésük, jobbúlásukról kételkedni, valamig az illy kicsapongók a' hit

ágazatnak igazságát hiszik, a' törvénynek sérthetetlenségét megismérik, az az valamig lelküisméretjökben meg vannak győződve, hogy a' hit, 's erkölcsi törvénynek megsértése valóságos bűn; — addig, mig lelküisméretjök érzése nints megföjtva, a' kis Biró nints meg ölte; csak a' bünnek ragadó ingerei által van elnyomva, eltompálva; melly az Isteni kegyelemnek egy belső szava — egy predikációnak halgatása — egy két jó intés — egy ájtatos könyvnek olvasása — vagy egy szerentsétlen eset által fölelevenítettvén, ez a' bünöst lelki álmából felkölteni, észre hozni, és az igazság, a' jámborság útjára viszsa léptetni képes. — Szóval: valamig a' Bünnös a' hit, 's erkölcsi törvénynek igazságát, szentségét hiszi, még nints elvesztve — hitében fekszik jobbúlásának magva.

De sokkal szerencsétlenebb állása vagyon azon embernek, ki szívéből a' Hit 's erkölcsi törvények igazságát, szentségét, tekintetét kikergette, ki a' hit ágazatot, a' törvényt mint tévelygést nézi, 's mint előítéletet megveti; mert nem hánja szemeire többé lelküismérete cselekedetének gonoszságát — a' bűn örômeivel él ő legnyugodtabban — sajnálkozik azokon, kik a' törvényhez ragaszkodván őn megtagadások által az életürmei között-is vigak. És azért mint egy lehetetlen, emberi módon szólvan, illy bünnösön segíteni; mivel ő minden oktatást, intést, dorgálást, mint alaptalant, mint e-

lőítéletet, mint emberi véleményt megvetőleg eltol magától. — Pedig e szerentsétlen helyzetben vannak mind hitökre, mint erkölcsökre nézve a' mai Keresztények. Istenem!

Az előbbi üdőkorban meg nem támadtattak, nem tagadtattak az Isteni, sem az Anya szent egyházi törvények — tekintetben volt kiki előtt ezeknek szentségök, sérthetetlenségök, kötelező erejök; 's azért, ha ez, vagy amaz, a' könyelműség szültte hirtelenkedés, erős késertet, vagy rosz példák által elragadtattván, a' törvénynek szentségét meg is sérтette; alig ment végbe a' rosz tett, már is a' józan ész ellene mondott cselekedetének — a' föleszmélt lelküisméret szemre hányásokat tett, 's ha a' Keresztéhységnek tudára jutott, senki előtt helybehagyást nem nyertt, senki nem pártolta, senki azt men tegetni sem merte, inkább közönségesen kárhoztatott a' bűnös tett — 's a' bünttévő megúltatott.

De most — Ó nagy Isten! a' hit, 's erkölcsbeli törvények nem alattomban, hanem nyilván — nem a' késertetnek erőködése, de az akaratoság' határozása szerint megsértetnek, megszegettetnek. — Most a' Jézus Istenségét tagadni, — az Anya szent egyház' hatalmának isteni szerzését megvetni, bármi Szentségnek isteni eredetét megtámadni közönséges. — Most a' Jézus tanítása' ellenére minden lelküisméretben érzett furdálás nélkül úgy a' tudatlan,

mint a' tudós , nyilván , minden Vallásnak , legyen a' Katolikus , Evangelikus , Református , Mohamedánus , Socinianus , Bálványozó , üdvezítő erőt tulajdonit . — Most a' legkissebb tartózkodás nélkül a' Jézus tanítása' ellenére , akárholtátra kimondatik : *Mivel mindnyáján egy Istenet hisszünk — mindnyájunkért meghalt Krisztus — mindnyájunkért van a' mennyország ; tehát akár melly Vallásban is üdvözülhetni.* — Most Jézus tanítása' ellenére , majd minden bátor kimondani : *az egy Vallás olyan velejére , mint a' másik ; csak a' külömbfélé mód , szertartás , ceremonia teszi a' Vallások külömbsegét.* — Most Jézus tanítása' ellenére soknak hit sem kell ; *az Istent , úgy mond , a' Veséket és a' sziveket vizsgálja , és így az ember csak jó szível birjon — nem kell hit , mert a' jó szív üdvözít.* — Ezek most minden tartózkodás , minden lelküisméret - furdalás nélkül közönzégesen a' Jézus tanítása' ellenére mondattak , 's olly vakmerőn állitatnak , hogy a' ki ellenkezőt mond , vitat , előítéletekkel , bigotsággal tellyesnek , az emberiség' ellenségének kiabáltatik . —

Ide , ide kellett vala egészen jutni azoknak KK. kik a' Jézus tanítása' ágazatit elfogadni , vagy elnem fogadni egynek tartják — kikelött a' Jézus törvényeinek nincs hitelességek , sérthetetlenségek , tekintetök — p. o. ök Ünnep' , 's Vásárnap' az Isteni szolgálaton meg nem jelennek — dolgoznak — pedig

nem valami nagy szükségből, vagy az előjáróság' engedelméből; nem, — de azért, mert többé az Anyaszentegyház' parancsolatit tekintetbe nem tartják; mivel képzelik magoknak: hogy jussa sints az Anyaszentegyháznak valamit parancsolni, vagy tiltani. — Sokan napról napra, bőjt, vagy nem bőjt, húst esznek, nem azért; mert ezt egészségök' fön tartása, vagy szegénységök megkivánja; de azért, mert már szívökbe megtagadták: hogy lehessék valakinek hatalma nékünk bőjtöt parancsolni. — A' csalások, igazságtalanságok, uzsorázskodások naponként szaporodnak; pedig nem azért, mint ha az inség szegénység, kenyér', ruházat' szűke szorította vóna ezekre; de azért mert az igazság' törvényének szentségére, sérhetetlenségére többé semmit sem hajtanak.

Ez a' mi szerentsétlen helyzetünk KK.! ezerszer szerentsétlenebb az előbhi századok hellyzeténél! Ök-is vétkeztek, törvényt szegtek, de a' gyarlóságnak elragadtatásából, a' szükségnek a' rosz példáknak, társaknak ingerléséből. Oh de minket nem az emberi gyarlóságnak ingerei vezetnek a' törvények, tapodására; hanem az, mert többé a' hit, 's erkölcsi törvényeknek semitsem hiszünk, — mert azoknak tekintete, tisztelete már megszűnt előttünk. — Vallyon lehet-e síralmasabb állapotot csak képzelní? — lehet-e síralmasabb idő korba gyermekinket, maradékinkat tasztani? — Ó szerentsétlenek, mire is fog-

nak azok jutni nem lévén szívökben a' törvények' tekintete, tisztelete — előre csak alattomban csalni , azután nyilván fogják embertársuknak javait ragadni, becsületét, jó nevét marczongolni — 's végtére készek lesznek selebarátjok' éltét kotzkára vetni, ölni! Ó szerentsétlen idők ! —

Meg érdemli valóban e' siralmás helyzete a' mai emberiségnek, hogy annak okairól, kútfejiről a' következő öt Vasárnapokon elmélkedjünk; elmélkedjünk t. i. honnan ered vallyon e' hit, 's erkölcsbeli megvesztettségünk? — honnan ered: hogy a' hitre nézve hitetlenek, vagy legalább hidegek — a' bünre nézve minden tartozkodás, szégyen, becsület érzés — a' törvényekre nézve minden tekintet, tisztelet nélkül vagyunk! — Oh KK! legalább ez egybe hidjunk Jézusnak: *nihil prodest homini, semit nem használ az embernek, ha az egész világot meg-is nyerje, lelkének pedig veszteségét szenvedje* — (Máté XVI. 26.) 's azért e' szent Bőjtöt eme igen igen érdekes okoknak feltalálásokra, 's ájatos megfontolásokra szenteljük! — Legyen ezen óra minden Vasárnap' ollyan, mellytől talán hitünk, erkölcsünk, lelki nyugodalmunk, üdvözségünk függ! — Tegyünk tehát minden félre, 's mai nap' e' Szent Kereszt alatt tökélyük-el magunkba: hogy a' következő elmélkedésekben megfejtett igazságokat elfogadni, és követni készek vagyunk! —

Ó Jézus! nyisd föl a' Te kegyelmeid-nek tárházát, 's hintsd mennyei malasztidnak jó magvát ez öszvesereglett keresztények-re', kik szomjúzák a' Te igazságidat, ohajt-ják hallani szavaidat, 's birni valaha kegyel-medből örvendetes mennyországodat.

Amen.

ALLUSIONES *)

*ad Falconem Regium, ante S. Aedes Thanaturgae Dömölkiensis procumbentem,
et ea, quae in ipso sunt observata.*

§. 1.

Falco Regius capitio oculos velante libera-tus, ad s. locum Campi Dömölkiensis advolat.

L e m m a: *Reducto velamine velox.*

Cur prius ad sacras non venit Virginis aras
Falco volans? auceps lumina texit avi.
Tegmine deposito sacra limina pronus adivit
Prostratus Magnae Virginis ante fores.
O utinam cupidos velaret nemo clientes!
Plures conspiceres huc volitare greges.

§. 2

Falco Regius ad S. Aedis limina volans, a
jaculatoribus non noscitur, impeditur terno sclo-peti ictu, tangitur ita, ut plumae volarent,

*) Ex antiquo MS. communicat Bernardinus
Takács, Ord. S. Ben. Presbyter.

hinc saga, vel magus volans esse putatur,
et onerato clavis et ungula sclopeto percutitur,
sed tamen illaesus permanet.

L e m m a : Illaesus ab ictu.

Impetur Falco truculentis ictibus insons,
Tangitur, at nullo laeditur ille globo.
Ergo Magus, vel Saga volans avis esse putatur,
Quam temere mundus judicat innocuos!
O fallax hominum mens! vel sententia praecipit!

Non est, quem Virgo protegit, ille magus.

§. 3.

Falco Regius, ante aras Divae concidens,
asylum invenit.

L e m m a : Tuta salus.

Cur non saxa petis? cur non petis antra Dia-
nae?

Cur Divae ad cellam, territe falco, fugis?
Forte magia tua est magnae te fidere Matri?
Perge, hac arte licet cuilibet esse magum.
Tales nempe magos haec Virginis ara tuetur:
Vitam custodit, non rapit, ista domus.

§. 4.

Falco Regius ante S. Aedes alte volans, sym-
bolum est eorum, qui magna petunt a Dei-
para, et obtinent.

L e m m a : Spe gratia major.

Quamvis nola gravet, geminus gravet annu-
lus, alta

Falco petit magnae Virginis ante fores

Dum petis has aras homo, non pete vilia tan-
tum,

Contra spem spera, gratia major erit
Nam pudet hanc Dominam tua si fiducia major:
Sit tamen illius gratia forte minor.

§. 5.

Falco ab Aldrovando l. 5. et Ornithologis
Orn. c. 2. ob insignem fortitudinem sacer dic-
tur, sed Falco Regius ante aras Divae con-
sidens, et se quasi in victimam consecrans,
meliore titulo sacer vocatur.

Lemma: Quis neget esse sacrum.

Eximiae vires queis praedam tollit in astra
Falconem faciunt dicier esse sacrum.
Nunc ubi virgineis se falco victimat aris,
Certius est titulo jam meliore sacer.
Discite, mortales, esse hujus victima Divae!
Sternite vos aris! quid vetat esse sacros?

§. 6.

Falco Regius ante S. Aedes nolas pedibus
deponere tentat.

Lemma: Ne noceat fama.

Falco, soporiferas cur tentas vellere nolas
De pede? nonne fugis, qui nocuere, sonos?
Est nolae similis pulsanti fama virorum,
Hei mihi quam nocuit non bene fama so-
nanſ.

O quis det streperas mundi compescere nolas?
Hic, ubi falco petit, tu pete, Virgo dabit.

§. 7.

Falco Regius duos annulos ad S. Aedem Dömölkensem adferens, augurio est, quod huius loci Thaumaturga futura sit pronuba, Domus Austriacae.

Lemma: *Pronuba mater erit.*

Annulus est duplex, quem falco detulit hospes,

Usque ad virginis limina sacra throni.

Felix augurium! plus annulus ense valebit:

Austriadum Diva haec Pronuba mater erit.

Ergo bella gerant alii, sed tu, Austria, nube!

Perdita restituet regna Maria tibi.

§. 8.

Falco Regius incisa annulis caesarea, et regia insignia in sacro loco repraesentans, augurium facit, quod ope SSmae Matris quilibet Hungariae Rex sit simul futurus Romanorum Imperator.

Lemma: *Cum Cruce sint Aquilae.*

Caesaris, ac Regis fert huc insignia Falco:

Forte, ut Virginiae sint monumenta domus?

Forte, ut commendet Dominos ad Virginis aras?

Forte, ut venturos praescius insinuet?

Jungit utrumque simul, quasi Divam Falco
rogaret:

Semper ut unitae cum Cruce sint Aquilae.

(Continuabitur.)

L o g o g r y p h u s.

Ens vivum, rationis egens, aut compos: at illud
Cancrino si more legas, dant sola metalla. — —

*Diploma (Charta) Principis Don Pedro:
Continuatio Constitutionum Portugallicarum.*

I.

Data in londinensibus paginis e literarum commercio Ulyssipone de 28. et Portu de 29. Jun. nuncia de reactione imminente in favorem Diplomatis Don Pedro loquuntur, et signum pro hoc Diplomate in Oporto primum sufferendum censem; et re ipsa jam asseclae ejusdem magno numero illuc se contulisse dicuntur, necessaria consilia praevie ibidem ineundi causa. — In his adjunctis non putamus abs re fore, si elucubrationes hic subjectas communicaverimus.

*Eventus in Portugallia inde a Constitutione
Comitiorum 1822 usque 1826.*

Constitutio Comitiorum (Cortes) de a. 1822, quam non ante decursum 4 annorum, et etiam tunc non nisi in conventu nationali immutare licuisset, non integris sex mensibus superstes fuit, imo neque per hoc tempus observabatur. Vixdum comitia considerant, et jam jacobinis, suis principiis constanter inherentibus, non satis celeri passu negotia progredi videbantur; unde jam mense Januario 1823 Ministros, e suo licet gremio electos, de omnibus per revolutionem productis turbis et excessibus criminantes, proferendo iis remedio postulant: ut omnes

constitutioni minus faventes officiales abigantur, nobiles et ecclesiastici novo tributorum systemate efficacius spolientur, ita vocitata „bona nationalia“ dissipentur, in primis autem ut populus superstitioni et ignorantiae, (i. e. institutioni et doctrinae christiana) subducatur.

Ast cum nuncio de ingressu exercitus gallici in Hispaniam etiam dies discriminis adventabat. In primo superbiae aestu, cui mox pavor et ignavia subsecuta est, foedus cum hispanicis comitiis „ad defendendam peninsulam et constitutionale systema“ pangendum tentabatur, quod tamen effectu caruit. — Minister belli in relatione, fastu plena, adfirmat, exercitum portugallicum, praeter propugnatores nationales, 30 mille viros numerare, eumque in tota Europa maxime constitutionalem et, si necessitas exponoscerit, omnem a peninsula invasionem propulsando esse. Svasu ejus comitia 6-ta Martii decernunt, ut omnis gallici exercitus in Hispaniam ingressus pro invasione ipsius Portugalliae habeatur, exercitus portugallicus in prima linea ad 60.000 viros augeatur, provinciales milites una cum ablicentiatis ad signa revocentur et praesidiales nationales Ulyssipone et Portu in agmina conscribantur. Legatus portugallicus Parisiis, adversus principium interventionis, a congresu aularum Veronae probatum, „acerrimis verbis“ protestari, et subitaneo recessu mi-

nari jussus, si exercitus gallicus ad solum Hispaniae pedem positurus esset. Interim ex omnibus his decretis nullum effectui mancipatum, et de protestatione legati nihil quidquam praeterea auditum.

Promissum Hispanis revolutionariis terribilis portugallici exercitus auxilium unicus vir privatus, Comes Amarante, irritum reddidit. Die 23. Februarii, adhuc ante ingressum Gallorum ad solum Hispaniae, Comes suos congregat, et cunctos Portugallos ad arripienda arma provocat, regnum a jugo Comitiorum et revolutionis liberandi causa. Jam die proxima duae legiones — „in tota Europa maxime constitutionales“ — in Chaves praesidia agentes, signa et tesseram regiam arripiunt, et partes Comitis Amarante amplectuntur; idem et milites praesidii Braganzae faciunt, imo suos etiam constitutionales officiales comprehendunt, sicque insurrectione totam provinciam Ultramontanam corripit. Rex contra, Comitem Amarante die 4-ta Martii omnibus titulis et dignitatibus exuit, verisimillime comitiis obsecutus, et genio temporis indulgens, cuius in gratiam modernis temporibus inimicos saepe remunerari, amicos autem persequi ac fidelitatem punire usu venit.

Die 13. Mart. Generalis Comitiorum Ludov. la Rego minoribus quibusdam proeliis exigui momenti noxas Comiti Aramante intulit, et hic parte suorum deseritur, quoniam, prout

quidam ferunt, Cleri et agricolarum auxilia respuit, cum constitutionalibus tractare caepit, neque constitutionem sufferre, sed eam ad suam dntaxat mentem modificare voluit. *)

Post haec comitia die 20. Martii terrible adversus regios, sua opinione devictos, insurgentes decretum edunt. Militibus veniam, officialibus praemium haud quaquam pollicentur, non ut olim regium gubernium cum Oportensibus constitutionalibus rebellibus fecerat: quapropter reprehensionem quidem haud merentur. Imo vero insurgentes provinciae et pagi bellico tribunal subjiciendi et incendio delendi, arma gerentes glande trajiciendi, fortunae eorum in fiscum redigendae decretae, quamquam constitutio jurejurando confirmata, omnem confiscationem prohibuerit. Ulyssipone plurimi intercipiuntur, et complures e Clero atque nobilibus, ob levissimam de propensione in re-

*) Si haec ita se habent, quod caeterum adfirmare nolumus, etiam Comes Amarante ad illos pertinuisse videtur, qui revolutionem in tantum oderunt, in quantum mala ejus consecratio experintur; contra, eam lubenter ferunt, donec alii, praecipue ecclesiastici, eadem affliguntur. Mortales nexum inter probas doctrinas et probas actiones comprehendere nolunt. Etiam ante haec quinquaginta annis (1774), post casum ministri revolutionalis Pombal, seculares dntaxat in suas possessiones restituti,

gem suspicionem arbitrarie in exilium pel-luntur.

Die 31. Martii ordinaria comitia sessio-nibus suis finem imponunt, Rex iisdem de sapientissimis legislativis decretis gratulatur, aitque: se mortem potius oppetere velle, quam juratam constitutioni fidem frangere; una declarat, cunctos suos sùbditos, qui exemplum sequi nollent, summam indignationem suam incursuros, spondet denique, se in causam nationalis libertatis collaboraturum. *) Ablegati discedunt inter clamores: „Vivat Constitutio!“ — „vi-vat populi majestas“ — „vivant Portugalli, qui mortem servituti praeferunt!“ — Ulti-ma tamem hac exclamacione, quin ille ani-mus fuisset, regiis insurgentibus laudes ce-cinerunt; hi enim revera fuere e Portugal-lis, qui mortem foedae et ignominiosae ser-vituti anteposuerunt.

Comes Amarante interea cum 4000 ar-matis ad solum Hispaniae se recepit, iter per provinciam Legionensem faciens ad Mer-inam, non procul Valladoleto, copias refi-cit. Generalis autem Comitiorum, Rego, eum assequi non valens, in Portugalliam reversus est.

Die 15-ta Maji prima extraordinariorum comitiorum sessio celebratur. Rex sponsio-

*) Singularis haec — regi captivo praescripta — oratio legi potest in appendice operis „Annuaire historique 1823.“ pag. 143.

nes suas de manutenenda constitutione repetit. Ast ministri et comitia rapidis galici exercitus in Hispania progressibus territi, neque novas scribere copias, nec militiam provincialem congregare audent, proque eo, ut quemvis Pyrenaeum transgredientem Galium hostis loco haberent, sufficere jam censem, agmen limites observandi gratia in provincia Beira collocare. Legionem 23-am, quae etiam ad agmen illud destinabatur, per iter Colonellus Souza alloquitur, suisque votis obsequentem Villafrancam inter conclamationes: „Vivat Rex!“ reducit. — Eadem nocte 25. Maji 1823. Princeps Don Miguel Ulyssipone evadit, et Villafrancam adpellens edita proclamatione declarat, se arma rapere, ad regem et nationem a jugo comitiorum liberandos. Frequentissimi dein e conspi- cuiis viris semet eidem jungunt. — Comitia, his eventibus exterrita, ad praestitam a salutis publicae commissione relationem: Patriam (i. e. centralem murariorum conspiratorum coetum) in periculo esse declarant, exclamantque: „Salve at constitutio! mortem potius quam servitutem“. Generali Sapulveda praecipiunt, ut securitatem metropolis curet. Ast die jam altera nec patriotico huic Generali, seditionis Portensis auctori, fidunt, et imperium in omnes copias Ablegato D. Georg. Davilaz de Souza Tavares concredunt. Sepulveda ex-auctoratione exacerbatus, re vera novae, con-

triae revolutioni operam addicit, et noctu-
cum arcis praesidio Villafrancam excedit. Ex-
emplum ejus cunctae legiones (excepta 18.)
imo ipsius politiae satrapae et propugnatores
provinc., simul 2700 milites, „praestantis-
simi et in tota Europa constitutioni addictis-
simi“ sequuntur, et ad signa Principis Don
Miguel transeunt.

30. Maji consternatio comitiorum uni-
versalis evadit. Nullibi reperire est auxilium,
nisi apud Regem omnium optimum;
recipiunt etiam parumper animos, postquam
is edicto declarasset: „se ut pater filium ob-
livisci, ut vero Rex eundem punire nosse“,
quamquam idem vi constitutionis neminem
amplius punire potuerit. Conclamatione dein
decretum: constitutionem—in omnibus licet
capitibus violatam—ex integro retinendam.
Interim novus etiam Minister belli ad regi-
os transit, duo alii munus exitiale deprecan-
tur, quibus rex tres alias ferociores revolu-
tionarios e comitialibus ablegatis substituit,
qui munera non reformidarunt. Ut vero in-
fausta hac pro comitiis die plena adsit cala-
mitatum mensura, milites quoque legionis
18-vae deficiunt, quae 1820 in Oporto se-
ditionis vexillum prima sustulit, et sola huc-
usque revolutioni fidelis permanxit. Post lu-
stram quippe non ad contubernium, ut opor-
tuisset, sed ad palatium regium concedunt,
exclamantes: „Vivat Rex a b s o l u t u s (i.e.
liberatus) — appage constitutionem!“

Populus omnis eandem acclamationem cum exultatione repetit, abjectamque nationalem tesseram conculcat. Rex diu incassum silentium postulat, tandem e podio exclamat: „Cum tandem ita per omnia habere vultis, amici dilecti: vivat Rex absolutus.“ Postea cum filiabus carpentum descendens, in comitatu 18-vae legionis et innumerae multitudinis Villafrancam ad filium Don Miguel, quem mane ejusdem diei oblivioni tradidit, et qua rex punire voluit, devehitur.

v. *

(Continuabitur.)

Novarum rerum liberalis conditio.

Paginae Ulyssiponenses de 29. Jun. communicant quatuor rogationes per commissiōnem aerarialem comitiis propositas 1) Haereditatibus familiarum inter consangvineos secundi gradus vertigal 2 a centum imperabitur; in gradu vero tertio 4. a centum; item 6 a centum pendendum erit ab haereditatibus inter non consangvineos, et hujus duplum inter exteris. 2) Omnes chartae pro documentis aut conventionibus adhibitae libri item mercatorum publico tyario subjicientur. 3) Cunctae domus quae 30.000 reis (circa 180 franc) censum inferunt tributum solvent. 4) Quibusdam exteris et co-

lonialibus mercibus praeter summam in tabellis vertigalium expositam novum vecigal per tempus unius anni imponetur.

v. * e W.

Nimia in speculationibus fiducia.

Paginae „Times“ ex urbe Mobili (in America bor.) literas de 10. Maj. communicant, in quibus haec leguntur: „Fere unus quisque mercatorum et plantatorum in australibus seu gossyppinis statibus aere alieno obrutus et fortunis lapsus est. In hac urbe (Mobile) haud pauciores quam 170 eridae evenerant, ubi tamen omnis populus albus 7000 duntaxat numerat. Calamitas commercialis in foederatis Statibus describi nequit. Classis operariorum in borealibus et orientalibus provinciis omni prorsus labore destituta post acerrimam hyemem horribiles patitur aerumnas.

v. * e W.

Habet suos ubique terminos libertas.

Memoria digna est pro speculantibus Europaeis, qui terras in America coëmendas in animum induxerunt, lata in novissima comitiorum americanorum sessione lex de venundandis terris ibidem. Lex haec acri adversus elusiones sagacitate vetat, ne ullus plus quam duas sectiones seu 1820 jugera

coëmat, praecipitque ut idem post 5 ab emtione annos demonstrare teneatur, se in terris illis domum inhabitabilem exstruxisse, et decimam ad minus partem terrarum, extirpatis silvis, pro cultura repurgasse, aut uno saltim anno terras easdem incoluisse. Si haec probare nequeat, documentum de possessione acquisita ei denegatur, et solutum interea pretium amittet.

v. * e W.

Ita dicta „Ecclesia gallica“ in angustiis.

Sic dicta „Ecclesia gallica“ in magnis angustiis constituta esse videtur: Vix ante aliquot dies unus ex ejus ministris, D. Auzou, propter grave aes alienum in custodiam datus; nunc vero ipsum quoque Caput ejusdem, D. Châtel, subscriptionis tabellas apud suos asseclas circumterri curat, ut collatis censum oeci in suburbio S. Martini, in quo conventicula habebantur, exsolvere possit. Dominus domus oecum occludere minabatur.

v. * e B.

A L L U S I O N E S
ad Falconem Regium, ante S. Aedes Thau-
maturgae Dömökiensis procumbentem
et ea, quae in ipso sunt observata.

(Conclusio.)

§. 9.

Falco Regius crudæ carnis frusta sibi porrecta non delibavit, in sacro loco abstemius.

L e m m a: *Mores immutat, et actus.*

Non comedit Falco porrectae pondera carnis :

Praedo vorax sacro continet ora loco.

Haec est nempe domus, quae mores mutat,
et actus :

Saepius hic milvus factus alanda fuit.

Tu quoque siste tuos hūic arae Virginis hostes,
Rhinoceros, gremio Virginis, agnus erit.

§. 10.

Falco regius impastus pullum vivum pro
esca datum, sed sub alas suas se recipientem,
non tantum non lacerat, sed sovet, et dimittit
in s. Loco.

L e m m a: *Memor fiduciae.*

En datur impasto Falconi pullus in escam,
Non tamen aut rostro, aut saucius unque
perit.

Fors quia se rapidi Falconis subdidit alis,
Progeniem Falco credidit esse suam.

Quis non Austriacis sub pennis currat alaudis ?
Austriacus quando Falco benignus erat.

§. 11.

Falco in sacro loco columbam prehendit,
nec dimittit.

L e m m a: *Tenui, nec dimittam.*

Arripit expertem fellis cum Falco columbam
Non tibi permittit, quod tenet ungue rapi

Quid docet? ut teneam, non dimittamque
Mariam,

Haec recreare animum sola columba potest
Ergo Maria, tuas stringo, nec desero plantas:
Utque columba mihi sis sine felle, precor.

§. 12.

Falco Regius novo capitio in s. Loco vela-
tus quamvis volare non possit, molitur tamen.

L e m m a: *Est voluisse satis.*

Nititur obnuptus volitare per aëra Falco:

Forsitan ut Domino serviat ille suo.

Est voluisse satis. Quodsi servire Mariae

Appetis? hoc praesta, quod potes, et sat erit.
Hei mihi, quae volui? sed non fuit usque fa-
cultas:

Multa tamen posthac, si tribuatur agam.

*Szabad kir. Szeged városának cs. kir. ta-
nácsos, és nádori udv. orvos ngs. Würtler
József urat polgárasító levele.*

„Mi szabad királyi Szeged váro-
sa, főbírája, polgármestere, 's tanácsa
adjuk tudtokra mindeneknek, a' kiknek illik:
hogy minekutánna dicsőségesen országgló ke-
gyelmes koronás Királyunknak szolgálatját,
a' közzét, 's városunk' további szabad fen-

maradhatását néző tárgyaknak felvétellek, folytatások, és elintézések végett a' mai alulirt napon egyben gyülekezvén tanácsülést tartottunk volna: akkoron hálás elismeréssel, 's valódi tisztelettel vevén cs. kir. tanácsos, és udvari orvos Würtler József úr ō nagyságának abbeli fáradhatatlan szorgalmát, lelkes törekvését, derék ügyességét, 's ritka gyógytudományi tehetségét, mellyekkel a' hazá minden egyes lakosai által mélyen tisztelt Nádora József Ö cs. kir. Főhgségének közel fél század alatt a' kegyelmektől körül-súgárzott kir. szék fenállására, az édes hon közjavára, és minden egyes lakosai hasznorra, jólétékre, 's boldogságukra igen terhes munkálatai, a' nemzeti nagyság emeledésére, kereskedési, 's miveltségi virágzására, szakadatlan intézett senséges törekvései által veszélyesen meggyengítetett egészségét a' fe-nyegetve környezte kétes állapotból kiemelni, ez által a' hazá egén elterjedt, 's magát az édes reményt is már elaltatta gyászborút újabb vidám fényre deríteni, a' valódi részvét, és fájdalom által elfogult honfi lelkeket új örömré édesíteni, a' lehető nagy vesztés félelmétől a' hazát felmenteni, 's mélyen tisztelt Ö cs. k. Főhgségét elhanyatlott egészségének jobbra változtatásával, mint erős oszlopot a' senséges kir. széknek, mint másod atyát az ōt tisztelv szerető nemzetnek, mint rendíthe-tlen oltalmazót az ōs alkotmányi létnek, mint jóltevőt a' segedelemért síró emberiségnek,

mint fő pártfogót a' tudományoknak, művész-
ségeknek, mint erős paizst az igazságnak,
mint nyájas férjet és gondos atyát szeretettel
érzelgő fenséges nejének, és tisztelte szerető
nagy reményű gyermekéinek visszaadni sze-
renzsés lőn, ezeknek tekintetéből hálás lel-
keink valódi sugallatánál fogva fennebb már
tisztelte említett cs. kir. tanácsos, és udv. or-
vos Würtler József úr ő nagyságát a' kebe-
lünkbeli polgári címmel megtisztelni, felru-
házni, 's többi szabados polgaraink sorába
beiktatni örömmel siettünk, adván, 's enged-
vén fentisztelt ő nagyságának mind azon sza-
badságokat, és törvényes jogokat, mellyek-
kel az enyészet hamvaiban is dicsően szun-
nyadó fens. koronás Királyainktól nyert sza-
badság, 's ajándék - leveleink, úgy szinte az
élő törvények tartalmainál fogva birnak, és
élnek. — A' minek valóságára adtuk ezen
szokott pecsétünkkel erősített polgárosító le-
velünket, a' köz igazság úgy hozván magá-
val. — Kolt Szegeden egy ezer nyolcz száz
harmincz hetedik évi Szent-Iván hó 16-kán
tartott tanácsülésből. Megolvasta, és kiadta
Miskolczy István m. k. tek. nemes Csanád
vmege táblabirája és nemes szabad kir. Sze-
ged városa aljegyzője.

H. T.

RR. Joan. Michna †.

Reverendissimus olim D. Joannes Mich-
na, per I. Cottum Bereghiensem Archi-Dia-

conus, II. Cottuum Beregh, Ungh, et aliorum plurium Tab. Judriae Assessor, zelosissimus in Bereghszász Parochus, constans ac veteranus optimorum consiliorum non modo apud se sautor, sed etiam apud alios promotor, e vivis ereptus est. Conspergit primam lucem Dettvae in Cottu Zoliensi anno 1777, in Clerum receptus a. 1798 Agriae, ibidemque a 1800 majoribus aequa ac minoribus ordinibus initiatus. Capellatum egit Pétsujfalvensem anno uno, Unghvariensem annis tribus, postmodum Parochiae Szerednyensi praefectus rexit eam annis 12, quibus evolutis a. 1816 in Parochum Bereghszásziensem denominatus, fideles verbo et exemplo aedificare adnitus, ac procurandae sibi creditorum saluti intentus a. 1830 in V. A. Diaconum Bereghiensem renunciatus, anno vero 1834 per honorifico Archidiaconi Bereghiensis munere condecoratus est, quo in honorifcentissimo officio omnibus gratus et acceptus, tertium dum ageret annum, morbo hydropis pectoralis correptus, cuius anxietatibus et doloribus spatio octo dierum, in patientia vere christiana toleratis, susceptis pridie devote moribundorum Sacramentis, ac postmodum e vestigio condito, viro ecclesiastico digno, testamento, plurima in voluntatem divinam resignatione, decimum supra 59 aetatis suae annum numerans mensem, die 9. Julii a. c. placide obdormivit in Domino. Pax ei sancta!

A' magyar tudós Társaság

Julius 3. és 10. tartott kis gyűléseiben több rendbeli belső tárgyakkal foglalkozott. Szinte 3-dikán a' megbizott birálók' tudósítása' következésében egy gazdasági munka viszszáutasítatott; Sheridán' vígjátékának „Rágalom' iskolája“ Tóth Lörincz I. t. által késszített fordítása pedig gróf Dessewffy Aurél I. t. és Schedel Ferencz titoknok előadások' következésében a' Külf. Játékszínbe felvételre ajánlatatott a' nagygyűlésnek. Julius 10-én egy mathematical és egy orvosi munka, szokt mód szerint vizsgálat alá bocsáttattak; egy dramai 's egy nyelvtudományi munka pedig, az előadott birálatok' következésében nyomtatástól elmozdítattak. — A' könyvtár' számára az edinburghi kir. — 's az amerikai philos. társaság, munkálataik' legújabb köteteit küdék be' 's ezeken kívül a) Du Ponceau Péter az amerikai társaság' elnöke 's m. academiai I. tag, nemelly újabb William Pennt 's az amerikai büntető rendszert illető iratokat; b) Bélteki Nagy Zsigmond, Erdély' historiája' rövid átnézését egy táblán (Maros Vásárhely, 1837); c) Hrabovszky Dávid, Utazási rajzaí' 2-dik kötetét (Kassa, 1837); d) Ladányi György; Beringius' Florus danicusát (Othiniae, 1698) és Saavedra' symbola christiano-politicaját (Brüssel, 1649); végre Bárány Agoston lev. tag. nemelly a' magyar nyelv' ügyét Torontálban illető nyomtatványokat.

Diploma (Charta) Principis Don Pedro.

(Conclusio.)

31. Maji. Inopinato eventu perculsa comitia propositionem „de suspendendis tantum sessionibus“ declinant, tum etiam aliam „de denegando jussis, comitia solventibus, obsequio et revolutionaryi concilio in aliam urbem transferendo“ rejecerunt. Interim rex, qui semper adhuc proditores et pravos consiliarios circa se habuisse videtur, eadem adhuc die, necdum 24 post abitum Ulyssipone horis, e Villafranca ad incolas solos metropolis datum proclamationem dimittit, in qua declarat, se constitutionem modificare decrevisse, simul alienum ab absoluta potestate animum sibi esse testatur; incolas urbis obsecrat, ut constitutae auctoritati (constitutionali) obsequantur; novum legum codicem pollicetur, quae praeter alia beneficia cuiilibet, sub hoc moderno regimine obtenta munera et officia sarta tectaque futura spondet. Proclamatio haec, qua nova duntaxat revolutionis editio parata, potestas vero omnis in manibus eidem addictorum relicita est, ubique, ubi affixa fuit, in frusta dilacerata, uti hoc anno 1814 in compluribus provinciis Galliae cum Diplomate (charta) Ludovici XVIII. factum suisserunt.

2-da Junii. Comitia et Constitutio in se concidunt, quod tamen ipsi revolutionis

systemati — ob imperitiam adversariorum — leves duntaxat et mox excutiendos comedes, nequaquam autem exitialem cladem intentabat. Illustris quippe congressus semet dissolutum declarat, ne ab alio solvi videatur; nihilo minus tamen nullum commembrorum mortem, uti voverat, servituti prae-tulit, imo quivis comperit: munera largiter dotata, — ope quorum, ut dici amat, hostium impensis vivere, in ejus perniciem denuo collaborare, quin dominari etiam loco obsequii possis, — commodam ac tolerabilem omnino constituere servitutem. Plures tamen ablegati comitiorum in Angliam vela dant, alii ad speciem Regi semet subjiciunt, praecipue inde ab edito, liberalibus adeo favorabili, ejusdem edicto, alii denique furorem plebis per-timescentes prodire e domibus non audent. Caeteri, sexaginta et unus, memorabilem hanc subscribunt proclamationem :

„Quoniam ad comitia extraordinaria congregati nationis portugallicae repraesentantes a potestate executiva, cui decreta in effectum deducere creditum fuit, et a copiis desertos se vident, declarant, se eo redactos, ut missioni suae relate ad argumen-ta, quorum gratia convocati sunt *), satis-

*) Notari meretur, de edicto regis ne verbo quidem mentionem injectam, neque de populo, qui ubique contra Comitia consurrexerat, ullum sermonem esse. Qui itaque erant committentes ablegatorum? — Profecto non alii,

facere nequeant, et quoniam sessionum continuatio, spe aliquujus publici commodi destituta, illud adductura esset periculum, ne natio (i. e. Carbonarii) in persona vices gerentium suorum compromittatur (i. e. a munieribus magnae auctoritatis ac utilitatis amo-veantur), idcirco sessiones suspendunt eosque, dum Deputatio permanens, quae labores prosecutura est, aut Praesidens Comitiorum conveniens esse duxerit ablegatos convocare; caeterum nomine committentium suorum contra omnem alterationem vel immutationem, quae in constitutione 1822. fieri interim posset, protestantur.“*)

quam coetus carbonariorum vel similes sodalitates clandestinae. Si enim repreäsentantes totius nationis fuissent, qui fieri potuit, ut haec eos juvare nec potuerit, nec voluerit, quin imo arma contra comitia rapuerit? Quamdiu adhuc licebit in omnibus regnis fidelem ac religiosae probitatis populum, veram victimam revolutionum, uni aut alteri sophistarum coetui calumniari, et hoc facto ab his attentionem deflectere??

*) Protestatio haec est simillima ei, quam 6. Julii 1815 illo temporis punto, quo borussicus et anglicus exercitus Parisios ingressi sunt, a gallicis curiarum ablegatis, qui nec Buonaparte, nec Ludovicum XVIII. habere voluerant, edita est. Stupenda sane est levitas, et inconsulta illa agendi ratio, quod talem protestationem subscribentes, qui per eam semet in continua seditione perseverare profitebantur, poena omni immunes relicti, nec exilio mulcati, nec civilium jurium expertes redditii, sed po-

Die altera (3. Jun.) 17-cim horum, protestationem subscriptentium, confratrum in Angliam moverunt, reliquias sui olim summi magistri, Manuelis Fernandes Thomas in urna secum abvehentes, *notabiles praeterea aeris summas et e coronaे unionibus in valore 400.000 fr.* Rex interim, qui ante 4 dies filium suum Don Miguel oblivioni tradendum et puniendum declaraverat, eidem nunc de editis fortitudinis documentis gratulatur, pro praestitis servitiis gratias agit, et eum portugallici exercitus Generalissimum nominat. Una tamen novum sémirevolutionale Ministrorum collegium conflat, et edita proclamatione novam constitutionem spondet, quam nemo expetebat, imo ipsa adeo comitia brevi ante contra omnem suaे constitutionis muta-

tius ad munera et dignitates promoti fuerint. Quid mirum, si potentissima solia tali agendi ratione defectu propugnantium pessumeant! Integer populus, fidelissimus exercitus illum a submersione liberare nequit, qui vix e gurgite protractus, in eam se rursum sponte praecipitat. Similis viatori, qui erecta a latronibus arma iisdem restituere, imo eos secum in eundem currum recipere magnanimum esse putaret. Longe profecto melius seditionis rebus suis consolere norunt; oppressisque inimicis non modo arma eripere, sed humanis divinisque legibus concutatis, vel suspicionem adversorum sensorum crudelissimo exitio ulcisci consueverunt; imo foedissimis insidiis caedibusque victoriam placitis suis parare liberale putant, et gloriosum esse palam docent.

tionem, ergo et contra hanc novam, protestabantur. Decretum tamen de proscriptione Reginae revocatur, et Rex ipse eidem gratulatum Ramalhaum proficiscitur. Cunctae regni jurisdictiones, copiae atque populus omnis laeta exultatione gaudium de interitu comitiorum et constitutionis manifestarunt, cui naturalis antiqui ordinis revectionem conjunctam sperabant. Generalis comitiorum Lud. da Rego exemplo simulatae subjectionis praeit. Multi alii, qui toties vulgare illud „mortem potius, quam servitutem“ jurarunt, eum sequuntur, et servitia sua pro restauratione offerunt, i. e. pro ea impedienda et inefficace reddenda, quemadmodum hoc in Gallia 1814 optato factionis successu factum est, et, si alieno periculo sapere non placet, profecto etiam alibi adhuc idem eventurum tuto conjici potest.

5. Jun. Rex, Don Miguel et copiae triumphantes Ulyssiponem ingrediuntur; 50 officiales et nobiles currui Régis semet praejungunt, eumque ad ecclesiam cath. trahunt. Aliquot peregrini, quaestorum ac tabernarum sodales, ita dicti „Volontairs du commerce“, qui adhuc tesseram revolutionis retinuerunt, a militibus pessime habentur, et diversas humiliations experiri coguntur. Nationalis, vel potius comitialis civica militia felicem se reputat obtenta ad officinas et tabernas suas revertendi facultate, et lubens arma ponit, quae ex armorum domo regia sumserat. Circa triginta ferocissimi at non periculosissimi

revolutionis asseclae proscribuntur, sed ex urbe tantum Ulyssiponensi. Peregrini subornatores, Wilson anglus, Pepé neapolitanus et Fabvier gallus, meri generales, fugam sponte arripiunt. Libertas preli, quae quidem sub comitiis nunquam revera locum habuit, suspenditur solummodo, verisimiliter usque ad futuram duntaxat constitutionem; simul censura ephemericum constituitur, et Comes Amarante in sua jura et dignitates restituitur.

Verum jam post 14 dies, 18. Jun., nova commissio constitutionis nominatur, quae sub praesidio Comitis — qui nunc Marchio est — a Palmella e 14 membris coaluit, inter quae plures solutorum comitiorum Ablegatos, imo etiam conventus revolutionarii anni 1820 membra, nec non A. Episcopum Evorensem, famosum illum Jansenisticum exprofessorem et panegyristam Pombalii, videre licuit. Palmella ipse tum constitutionalium sensorum habebatur, quam de se opinionem jam 1820, nimio rebellibus oportensibus complacendi studio sibi adsciverat, et deinceps omnino confirmaverat. — Die 21. Jun. etiam Comes Amarante cum 3000 militum triumphans metropolem ingreditur; titulo Marchionis a Chaves ornatur, collato eidem territorialis dotationis instar dominio terrarum, 3000 crusados (1 crus. = fere 1 fl. c.m.) annuos proventus fundente. Omnis etiam exercitus ejus certa praemia, et numisma cum inscriptione: „heroica transmontanorum fidelitas“ gerendum obtinet. — Utinam

nam Rex, cui titulus *Fidelissimi* fuit, exemplo fidelitatis praecessisset. — Mense Julio (1823) decretum peculiare contra clandestinas sodalitates, nominatim contra liberorum murariorum editur, ac si sufficeret eas interdicere! quasi vero hi „*hommes libres par excellence*“ solis decretis regiis, contra quae praevie protestati sunt, unquam obtemperaturi essent. Mense Octobri novum mutuum sesqui millionis l. st. erga 8 % usuram Londini contrahitur. Mutuum hoc jam 4-tum est inde ab exordio revolutionis; et intra breve hoc tempus trium annorum „*Liberales*“ *) praeter omnes ordinarios redditus, aliasque direptas pecunias, plus quam 6 millones l. st. (60 million. fl. c.m.) dilapidarunt. Verum enim vero quid curae illis, etiamsi populus tributis opprimatur? Quamprimum revolutio peracta est, ipsi constituunt Majestatem; tributum itaque sibi penditur, ipsi de redditibus in suum et confratrum et amicorum suorum commodum disponunt.

Caeterum per restitutum regem nulla in Portugallia restorationis media adhibentur, sed dulci in pulvinaribus somno indulgetur, acsi cuncta in optimo essent ordine. Victoria per regios asseclas obtenta ad collatos aliquos titulos, distributaque singularia quaedam praemia restringitur, quibus rebus revolutionariis nihil prorsus decessit; Comites complures Marchiones denominantur, plures nobiles aut cives Comitum titulis ornantur, his solis omnia

*) Bona aliena largiri liberalitas vocatur. *Cato*.

absolvuntur; nihil expiatur, nihil emendatur; et conventicula carbonariorum — interdicto regio nihil opitulante — ut antea, celebrantur. Professores Coimbrae doctrinam revolutionariam propagare pergunt, revolutioni devoti, et commembra clandestinarum societatum, publ. iustitutionibus semper adhuc praesunt, Regem circumdant, in exercitu non secus ac in administratione publica gravissima, etiamsi pessimis artibus arrepta munia tenent. Indirecta civili potestate interea contenti, scilicet: dummodo rex jussa eorum in effectum deducat, quamquam proprio nomine regnare videatur, favorable illud tempus speculantes — uti in memorata sua protestatione de 3. Jun. insinuarunt — quo congregatis comitiis summam hanc civilem potestatem etiam directe et immediate arripere et exercere possint. — Mense Decembri Commissarii, quos Rex in Brasiliam reconcilandorum animorum et renovandae unionis gratia miserat, re infecta reversi sunt, quin vel litteras Regis filio Don Pedro tradidissent. Pessimo sane tempore consilium hoc susceptum, quippe tum prorsus Don Pedro Brasiliam constitutione democratico-liberali 180 articulorum donaverat. Agendi ejus ratio singularis profecto — utut hoc tempore non rara — fuerat, actiones ejus omnes inconstantia, lubidinum inconsequentiis et contradictionibus scatebant. Qui nempe hodie constitutiones decernit, cras vero easdem suffert; qui constitutionale solium concordens magnum se lib. murariorum sodali-

tatis magistrum nominandum curat, et paullo post omnia conventicula eorum occludenda jubet; constitutionalis Imperator esse vult, antequam constitutiō existeret, dein vero absolutus Monarcha, postquam majestas (summa potestas) populi a se ipso proclamata haberetur;— constituentem conventum convocat, (17. Ap. 1823) una autem stylo imperatorio et more Buonapartiano eum alloquitur (3. Maj.) : „exspectare se, ut constitutio se ipso digna futura sit.“ Adversus „*theoreticas, metaphysicas, usu et effectu impossibilis constitutiones*“ declamat, nihilominus tamen ejusmodi constitutio nem spondet, quae trium potestatum absolutam independentiam sartam praestitura, et cuilibet, tam regio, quam aristocratico et etiam democratico despotismo insuperabilem aggerem positura sit, sub cuius itaque aegide „*arbor libertatis efflorescere possit.*“ *) Ultimam hanc cogitationem, de aggere insuperabili cui libet despotismo objiciendo, verisimiliter anglicus legatus eidem suggesserat; anglica scilicet constitutio gemmam hanc sapientiae invenisse dicitur. Constitutio namque angl. inde a 600 annis florens, quam praeclare despotismum regium sub Henrico VIII., et aristocratico-democraticum sub *Long parliament*, tum militarem sub Cromwell, impediverit cuique notum est; et fors mox videbimus, quam strenue despotismum radicalium conventiculorum (clubs) domando sit.

*) Excerptiones hae ad verbum in proclamatione ejusdem legi poterant.

Dom Pedro altum publicarum paginarum spiritum videns expallescit, quae nempe eandem sibi sortem minantur, quam Iturbide expertus est, constitutionalis ille mexicanus imperator, qui inviolabilis aequa declaratus, glande nihilo minus trajectus est. Plures idcirco regiis asseclis faventes ministros dimittit, et principiis 1791 et 1792 imbutos eisdem sufficit. Conflat et convocat conventum e constituentibus, ac proinde constitutionem adornandi potestate praeditis statibus, quibus tamen mox projectum magno sudore ab iis compilatum cum ludibrio remittit, et die 12. Nov. conventum ipsum solvit. Interim 13. e. m. aliud projectum constitutionis, quae infinite liberalior, quam a conventu confecta, futura sit, pollicetur, quaeve novo Statuum conventui substernenda veniat; novum tamen hunc conventum haud praestolans jam 12. Dec. constitutionem, per solum status consilium adornatam, decernit, et magistratui duntaxat Rivi Januarii proponit, qui necessitatem ejus urgentem adesse statuit, acsi ingens periculum in mora esset, itaque memoratam constitutionem nominum subscriptionibus, ad propositos elenchi libros factis, intra 12 dies per ita dictum populum ratam habere curat, eadem haec constitutio fere ad literam descripta triginta mensibus post, etiam regno Portugallico obtrusa est. — Haec inter adjuncta reconciliandi studio missi ad Brasiliam regii commissarii repu-

diati sunt, quin patris verba vel audita fuissent. (Continuabitur.) *v. * e p.B. W.B.*

*Festum div. Apostolorum Petri et Pauli
Romae.*

Diarium Romanum Nr. 52. a. c. refert solemnitatem, quacum celebrata est Romae festivitas divisorum Apostolorum Petri et Pauli. Die 28. Junii Sua Sanctitas, Gregorius Papa XVI., in Basilica Vaticana primas Vespertas ipse absolvit cum assistentia Cardinalium et Praelatorum; post quas cupula portentosae hujus Basilicae festivis collucēbat ignibus. Ipso autem die festo, seu die 29-a Junii e Palatio suo vaticano summus Pontifex ad contiguam Basilicam descendit comitatu, quam fieri potest, splendidissimo, atque super altari, quod tumbaे sanctorum Apostolorum Petri et Pauli impositum est, obtulit divinum novae legis sacrificium. Eminentissimi Cardinales de Gregorio ex ordine Episcoporum, et Mattei ex ordine Diaconorum adsistebant sacrificanti Papae; Eminentissimi autem Rivarola et de Simone fungebantur officio Diaconi, Illustrissimus vero Comes Silvestri, Auditor sacrae Rotae Subdiaconi munus gessit. Excellmi Archiepiscopi et Episcopi solio Pontificio assistentes, prout et Collegia Praelatorum; et Princeps Orsini, Senator urbis, una cum toto Excellmo urbis Magistratu stabant prope

thronum Supremi Hierarchae. Terminata functione, Eminentissimus Giustiniani, nuperrime nominatus Archipresbyter Ecclesiae Vaticanae, pro more majorum obtulit Sanctissimo Pontifici consuetum pro Missa bene cantata stipendum, in societate duorum Capituli Vaticani Canonicorum. Vesperi corones Molis Hadriani, seu castri Sti. Angeli (la girandola) eleganter illuminatae spectaculum praebuerunt intuentibus. Reverenda Camera apostolica more consueto recepit canones, et tributa, Sanctae Romanae Ecclesiae competentia; adversus autem eos, qui haec non praestiterunt, emisit solitam protestationem.

subm. Ill. c. Ep. Tin. A. Jordánszky.

Justa funebria Em. Galeffi.

Eminentissimi quondam Petri Francisci Galeffi, piis manibus continua serie non tantum Romae, sed et in aliis, quarum protectionem gesserat, pontificiarum ditionum Ecclesiis, conventibus, confraternitatibus, ac piis, beneficisque institutis, funebria justa persolvuntur aemula solemnitate. Neque enim est alter in toto sacro collegio, qui tam multis ecclesiis, piisque institutis protectionem, consortiumque suum addictum habeat. Ubi que funebribus elogiis, et eximiis monumentis parentatur Praelato celebratissimo, et be-

nefidentissimo: ut adeo paucae sint in urbe ecclesiae, in quibus exequiarum officium ei non exhibeatur. Academia Sti Lucae, seu artium plasticarum, huic suo Protectori liberalissimo die 27. Jun. in basilica Stae Martinae parentavit, omnesque magistri et alumni artium plasticarum testabantur dolorem de jactura viri, ab omnibus in amore ethonore summo semper habiti.

subm. Idem.

Continuus ubique conatus ad velocioris communicationis et commeatus media obtinenda, horumque effectus.

Bruxella scribunt de 9. Jul.: „Die 2. h., velut solenni encaeniorum in urbe Mecheln die, 12.892 homines e quinque ductus ferrei stationibus Bruxella, Antwerpia, Mechlinio, Termonda et Vilvorda in strato ferreo promotos fuisse. Vespere hora 8 Mechlinio simul 3709 homines in 127 curribus, quos 8 locomotivae versus tria diversa loca trahebant, uno eodemque tempore moverunt. Conspectus tantae frequentiae in motu constituta singularem spectatoribus innumeris praebuit voluptatem.

Angliam totam hoc tempore admiranda celeritate rete quasi ductuum ferreorum describit. Nuper meminimus de novo ductu viae ferreo inter Londonum et Birminghamum in usum positi. Die 3. Julii etiam in strato ferreo inter Liberpolium et Birmingha-

mum cursus inchoatus. Eodem tempore ex ambabus urbibus currus vaporarii cum longa plaustrorum rhedarumque serie moverunt, et primi hujus cursus resultatum laetum omnino fuit. Nunc itaque jam inter quatuor praecipuas regni urbes, Londinum, Birminghamum Liberpolium et Manchestriam brevissimi et commodissimi commeatus erecti habentur: Londino Liberpolium i. e. a regni austro-orientali termino ad borea-occidentalem intra 12 horas iter confici potest.

Numerus hoc tempore in Svecia in cursum positarum navium vaporiar. 26 efficit, e quibus 4, vi 275 equorum pollentes, ipsius civitatis sunt, 22 autem 899 equorum vi praeditae, a privatis constructae. Praeter has 4 vaporariae privatorum aere nunc aedificantur, duae autem, vi 190 equorum, sumtibus reipublicae struuntur. Plures aliae successive in usum rei maritimae parabuntur. Communis viget opinio classem navibus longis nequaquam, sed celocibus et majoribus navigiis vaporariis adactum iri.

Ad propositionem financierum Ministri et confirmatum per Imperatorem Russiae senatus consultum guberniali secretario Forestier, precibus ejusdem congrue, 10 annorum privilegium collatum est ad cursus in lacubus Peipus et Pskow nec non in fluviis Narova et Embach navigiis vaporariis instituendos, vecturas diversas suscipiendi et faciliorem inter urbes Narvam, Dorpat et Pskow

commeatum procurandi gratia, Privilegium hoc sub ea conditione est collatum, quod si intra 2 1/2 annum a tempore collationis, Forestier in dictis lacubus et fluviis cursus navi- um vaporiarum in effectum nondum deduceret, jus exclusivum ad illum deinceps instituendum evanescet.

Petropoli in meditullio urbis pro tempore duntaxat illo, quo lapides pro struenda cathedrali S. Isaci advecti fuerint, ductus viae ferreus erigetur.

Pagineae montanae fodinales in Russia de strato ferreo, quod anno praeterito in fodinis auri districtus Kolyvaniensis ad tempus erectum est, haec communicant: „Ductus hic e perticis ferri quatrilateris, superne nihil rotundis constans per totam aestatem commodissime in usum curribus, rotas e fuso ferro habentibus, inserviebat, quibus 150 pud (60 cent.) vehebantur. Nives, ut primum ceciderant, currus quidem hos aliquamdiu extra usum ponebant, repurgato tamen ductu, iidem cursum continuarunt. Ope ductus hujus per 10 horas 3 curribus et 3 equis 4500 pud arenae evecta sunt, adhibitis hyeme 16, aestate 12 hominibus. Ut eadem quantitas arenae communibus viis modo vulgari evehi possit, 21 operae et 22 equi exigerentur. Sumtus vecturae 4500 pud arenae super strato ferreo 3 rub. et 36 kop. faciunt, methodus antiqua pro eadem quantitate evehenda 12 rub. et 54 kop. requirebat.

1836 mense Junio in strato ferreo boltoniensi celeritas novi vaporariai currus „Phö-nix“ experimento pertentata est. Machina vaporaria 12 currus cum 300 hominibus post se traxit. Ingente hoc onere tanta velocitate promovebatur, ut intra horam 15—18 millaria post se relinquenter. Alia nova vaporaria machina magnum currum cum 40 hominibus intra horam ad 35—40 millaria devexit. (Continuabitur.) v. * e W. B. et A.

Continuata scholarum districtus liter. Cassoviensis visitatio.

Die 8. Julii contigit Gymnasio Regio majori Gyöngyösiensi fortuna Illum ac Reverendissimum Dominum Aloysium Richter Praepositum Jászoviensem Consiliarium Regium, districtus literarii Cassoviensis superorem regium Directorem in gremio suo venerandi. Qui exsoluto visitationis suae munere, ultimo ad nos, nil simile exspectantes, divertit, pluribusque in omni classe stricto examini subjectis, solertiorum ac majoris spei adolescentum industriam distributo liberali manu dono excitavit, ac inter pientissima omnium vota in sua revertit, magno sui desiderio apud nos relicto. Gymnasii Superioribus id plurimum solatii adtulit, quod fructu curarum et conatum eorundem contentum animum palam declaraverit.

subm. Gyöngy.

*Buda - Pest közt építendő álló-híd ügyében munkálódó országos Küldöttség' Jegyzőkönyvének kivonata. *)*

1837 jun. 9-kén nm. gr. Batthányi Imre koronaör's b. t. tan.'s a' t. elnöksége alatti Iső ülésben, miután azt az elnök célszerü beszéddel megnyitá, fölolvastatott ő cs. kir. föhgségenek, az ország nádorának, f. e. majus 12ről költ levele, mellynél fogva, minthogy a' küldöttségi elnökséget, változó egészsége miatt személyesen nem viselheti, erre a' t. gr. urat megkérni, 's a' küldöttség tagjainak f. h. 8-ikára leendő meghivatását rendelni méltóztatta. Ennek folytában Széchenyi Ist. gr. szükséges tudomás végett jelenté, hogy föhg nádorunk a' küldöttség munkálatit könnyitni kívánván, a' Buda 's Pest közt építendő álló-híd iránti törvény kihirdetése után, a' netalán beküldendő javaslatok 's ajánlkozások rendezésére és előleg elkészítésére a' n. gróf elnöksége alatt, egy fiókküldöttséget rendelt; azonban a' dolognak több helyen 's többsélekép nyilványossá tétele után sem nyújtatott be akkorig olly vállalat, melly e' fiókküldöttség összejövetét szükségessé tette volna. Bemutatá ezután az elnök ur b. Sina György f. e. m. hó 3kán a' föns. nádornak benyujtott első vál-

*) A' Pest-Buda közti álló-híd dolga egész hazánkra nézve olly érdekes, hogy Méhkasunk' olvasói is, mind azt, a' mi e' tárgyban más hirlapokban is közöltetik felszedve kedvesen veendik.

lalkozati nyilatkozványát, mint szinte Vodjáner 's sia által benyújtott ajánlatát is, mellyek fölolvásás utánköziratra bocsáttatni rendeltettek. A' II-ik f. h. 11-kén tartott ülésben egy újabb ajánlat olvastaték föl szinte Vodjaner és társai neve alatt, melly közírat alá rendeltetvén, mielőtt a' küldöttség a' tanácskozásnak alapul szolgáható b. Sina, továbbá Vodjaner és társai ajánlatinak vizsgálatába bocsátkozott volna, néhány elvet előleg megállapítani vélt szükségesnek további sikeres haladhatás végett. Ugyanis 1) Mivel a' rendkívüli munka végbevitelét különben is csak dologhoz értő, 's tapasztalás és művészeti tudomány szülte tulajdonokkal biró személyektől várhatni, 's csak illyenek nyujthatnak valódi kezességet az országnak mind javaslataik létesíthetősége, mind művök állandósága felöl: közakarattal változhatlanul megállapítaték, hogy a' kérdéses híd féllepítése csak olly művészre bizassék, ki már előbb valamelly hasonló nagy munkát tökéletességre hozván, magát illy vállalat végbevitelére minden tekintetben alkalmasnak bizonyítá; miből önkényt következik, hogy az országos küldöttség által csak illy művészek tervei lesznek elfogadhatók. 2) Nem csak a' küldöttség méltsága, de a' fönálló törvény rendelése is ugy kivánván: a' küldöttség semminemű pénz átvételébe vagy bármí modú kezelésébe általjában nem bocsátkozik. 3) Megkivánja a' közjó tekintete, 's különösen az országnak e' kül-

döttségen helyzett becses bizodalma, hogy a' czélba vett hid-föllállításból minél csekélyebb teher háromoljék az ország lakosira, 's így a' vállalkozóknak nyujtandó kedvezésekkel szoros kapcsolatban lévő építési költségek a' lehetőségig kiméltessenek. Ennélsgovást a' vállalathoz járulást senkitől sem kivánja ugyan a' küldöttség elzárti; mivel azonban számos előre nem láthatott nehézség volna leküzdendő a' vállalkozó részérül, 's az építést meglező készületekre véleményen túl nagy menyiségű pénz leend fordítandó, minden biztosítás nélkül: hogy a' vállalkozóknak csak némi ösztön nyújtassék is, elhatárzólag megállapodott a' küldöttség abban, hogy bárki legyen is a' vállalkozó, ha különben annak tervei alkalmasok, 's föltélei a' fönforgó körrülményekhez képest elfogadhatók lennének ezek, bármi szín alatt, árleverés utjára bocsáttatni fognak. 4) Az előforduló tárgyak iránt szokott mód szerint vezetendő jegyzőkönyv, helybenhagyás után a' küldöttség részére tüstint köziratra bocsáttatni, egyszer mind a' végett, hogy minden határozások a' vállalkozók 's egész közönség előtt tudva legyenek, 's a' szerint minden balmagyarázati alkalom elhárítassek, irataival együtt kinyomatni rendeltetik; Széchenyi Istv. gr. ur a' fönforgó tárgy előmozdításán törekvő szándékának újabb bizonysságaul a' nyomtatási kölsségek viselését nagylelküleg elvállalván. — A' 12-kén tartott III-dik ülésben vizsgálat 's vi-

ta alávéteték b. Sina ajánlata, mellyre a' külüdötség következőleg határozott: A' bevezetésre. Tökélletes öszhangzásban levén a' bevezetés tartalma e' küldötség azon elvével, hogy a' vállalat végbevitelét csak ollyanok vezérelhessék, kik illy nagyszerű 's mindenkép sikerült müvet már létesítettek: ez, e' részben tökéletesen elfogadtatik; a' vállalkozó által kivánt elsőbbségi biztosításra nézve azonban kijelenti a' küldötség, hogy előre meghatározott elveinél fogva másoknak a' vállalathoz járulását semmi esetre ki nem zárhatván: illy értelemben b. Sinának elsőbbséget nem ajállhat; de figyelmezve arra, hogy a' vállalkozó ur e' köz érdekü tárgy előmozdításához hazafui buzgósággal legelőbb járult; tekintvén egyszersmind annak illy vállalathoz megkivántató összeköttetésit és személyes hitelét, ugy szinte e' nehéz vállalat vitelére nyilatkoztából kitüňő elhatározott szándékát: kész őt biztosítni arrul, hogy a' mennyiben tervez 's föltételei másokéival egyenlőségen fognak állani, ez esetre neki mindenek fölötti elsősége leend. Mi az igért kötelezetseket illeti; az első, mennyiben az a' törvény értelmével is megegyező, elfogadtatik, magában is értetvén, hogy e' részben a' megkivántató tervezek előterjesztése elváratik. A' másodikra biztosan remélli e' küldötség, hogy a' két várost illető kárpótlásra nézve, a' vállalkozó ur annak idejében olly elfogadható javaslatakat teend, mellyek szerint e' tárgy, hacsak

lehet, barátságosan elfog végeztetni. A' 3ik pont, a' mennyire az abban érintett gátok föllállittatása, a' czélba vett építést vezérlelő művészek itélete szerint szükséges : elfogadtatik; ugy szinte jóváhagyatik a' 4ik pont is. Az 5ik pont elhatározása akkorra halasztatik, midőn a' vállalkozókkal végegyezés fog köttetni. Mivel egyébiránt ez alkalommal Széchenyi Istv. gr. kinyilatkoztatá, hogy b. Sina a' kibocsátandó részvényeknek nem csak harmadát, hanem felét, sőt még többet is kész az ország lakosinak szabad vásárlásul hagyni : e' nyilatkoztatás addig isszives érzéssel fogadtatván, följegyezteték. Mi továbbá a' kivánt kedvezésekét illeti : az 1ső pontra ámbár az ország törvényébe ütköző nem volna, ha a' vállalkozó által jegyzékbe foglaltan közlött hidvám megállapítatnék, mégis, annak megállapozása nemcsak az országot, de magát a' vállalkozót is közelebbről érdekelvén : a' küldöttség legbiztosabban akkorra halasztandónak véli megállapítatását, midőn az illető tervek, számolatok 's egyéb adatok együttesen, végső egyezkedés köttetik. A' 2ik pont, azon vélekedésnél fogva, hogy az ország igazgatása 's illető törvényhatóságok részérül kikötött segély csak a' megállapított vám beszedésére, 's a' hidon föntartandó rendre terjedhet, elfogadtatik. A' 3ik pont elfogadhatása az orsz. küldöttség hatalomkörén túlmervén, ez iránt a' vállalkozó ur a' legfelsőbb kormányszékhez utasítatik, bizonyossá té-

tetvén egyszersmind, hogy kivánata annak idejében ajálltatni 's pártoltatni fog. A' 4ik pontra az ország fönálló törvénye, név szerint a' II. R. 10. cz. e' részben világosan rendelkezvén, a' mennyiben a' vállalkozó ur ki-vánsága ezen tul nem terjed, elfogadtatik. Az 5ikre : Meg van ugyan arrul győződve a' küldöttseg, mikép az osztó igazság szabályai szerint a' két kir. város nem követelheti, hogy azon telkek, mellyek most a' Duna árjaiban rendszerinti vizálláskor rejtekeznek, a' két part feltöltése által azonban szárazzá lennének, minden teher nélkül birásába szálljanak; a' mennyiben mindazáltal a' vállalkozó kivánsága a' tulajdoni joggal összeütközni látszanék, de különben is a' Duna szabályozásával 's egyéb számos körülménnyel kapcsolatban áll: a' küldöttseg legbiztosabbnak itéli e'tárgynak akkorra halasztását, midőn a' két várossali értekezés következésében, egy részről annak kárpótlása, más részről pedig haszonnövekedése illő tekintetbe vétethetvén, minden ezek egyezési tárgyul szolgálandnak. A' 6ra. Az eddig kijelentett elvek szerint világos, hogy a' kikötetendő évek száma is csupán akkor határozthatatik meg, midőn már a' tervez 's egyéb adatok kéznél lesznek. Bizonyossá teszi azonban a' küldöttseg a' vállalkozó urat, hogy akkor a' vállalat térhely voltát méltánylani, 's az évek számát a' körülményekhez képest igazságosan fogja elhatározni. — Vég-

re az ajánlat befejezésére nézve hálás érzettel értvén a' küldöttség Széchenyi gróftul, hogy b. Sina az előmunkák költségeit még a' vállalat nem sikerülése esetében is kész leend egészen sajátjábul viselni: ezen érzelme nyilványítása mellett arra kéri a' vállalkozó b. urat, hogy az előbocsátottak szerint az előmunkálatokhoz kezdvén, a' szükséges tervezet, ha lehet, még e' télen, vagy legfölebb jövő tavaszig benyújtani ne terheltessék. A' 14-dikén tartott 4-dik ülésben főlolvastattak Vodjaner és társainak már a' mult ülésekben benyújtott nyilatkozásai, mint szinte egy ez alkalommal benyújtott figyelmeztetése is, mellyek következtében az ügyeléggé nyilványossá tett voltárul hivátkozás történt egy külön német munkácskára, melly 1836ban jött ki, meg az „Allgemeine Zeitung“ mult eszt. julius 19-ki rendkivüli toldalékára, ugy szinte a' Jenlenkor' mult évi junius 15-ki és a' pesti kereskedői németujság mult évi 54-ik számára. A' mérközést (*concurrentia*) illetőleg pedig megjegyezteték, hogy a' főlidézett törvényczikk. 5-dik szakasza ezt nem köti ki, sőt hogy illy vállalat árcsökkentés után nem is létesithető; egyébiránt a' vállalkozástul senki nem tilalmaztatván, ez által a' törvénynek elégség van téve. Az előleg kibocsátandó részvények iránti rendelkezést a' részvényesekre hagyja a' kikül-

döttség. A' társaságnak az előleges költségek födözésére tett pénzajánlatot kedvesen veszi a' társaság, de megújítja előbbi elvét, mi szerint kész pénzek kezelésébe avatkozni nem kiván; biztosítja azonban a' vállalatra ajánlkozó társaságot, hogy ha terveik a' magokat jelentő egyéb vállalkozkénál kedvezőbbek lesznek; az, a' vállalat elnyerésére bizton számot tarthat. E'szerint nincs egyéb hátra, mint hogy a' társaság, ajánlatához képest az előleges munkákhoz fogván, terveit 's egyéb adatát, ha lehet még a' télen, vagy legföbb jövő tavaszig bemutassa. Végre jelenté Széchenyi gróf, hogy több egyes személy által készített tervet küldött legyen át ő főherczegsége a' nádor, mellyek azonban, részint mert létesítésökre előleges költség kivántatik, részint mivel ollyanoktul származnak, kik még hasonló nagyszerü munkát nem végeztek: elfogadhatlanoknak nyilványittattak; egyszersmind a' tulajdonosoknak köszönhet mellett visszaküldetni rendeltetvén. A' 6-dikán tartott V-dik 's utolsó ülésben a' napi díjak iránti rendelések köztoltetvén, 's a' küldöttségi jegyzőkönyv olvastatván föl és hitelesítetvén meg, az ülés szétoszlott.

A' Buda-Pest között építendő állóhíd ügyében megbizott országos Küldöttséghez f. j.u.

11-kén alulirrottak következő folyamodást intéztek:

F. cs. kir. Főheg, országunk Nádora, főmélt. országos Küldöttség! Midőn legközelebbi országunk gyülésén a' Pest és Buda városok között állandó hidnak építése a' 26-d, törv. czikkely által elhatározatott, ezen nagy munkának kiviteléhez vezércsillagul az érintett törv. czikkelynek 5d. szakaszában kitüzött kölcsönös igazság, s egyenesség állíttatott fel, és csakugyan annak határi közzé lett is szorítva a' tisztelt küldöttségnek többnyire terjedő hatósága. Ezen kölcsönös igazság 's egyenesség eléréséhez ki is lett jelölve ugyanazon 5d. szakaszban az út 's mód, t.i. a' tervezek előterjesztése, az építési költségek' felszámítása, és minden egyéb a' térgyhoz tartozó körülménynek, gondos figyelemmel megfontolgatása 's birálása. Ezen egyébaránt is igen természetes feladás, még mindig nem teljesíttethetvén azért, mivel a' vállalatra kész tagok a' concursus módjáról és határidejéről elégníványosan még eddig értesítve nem voltak, alig is lehet tehát még jelenleg az érdekklett 26d. törv. czikk. 5dik szakaszában kitünnő lelkének ellenére már is elhatározó végzést hozni, minthogy az egyébiránt kedvezőbb feltételeket eszközlő nagyobb concurrentia hiánya miatt, a' vállalat netalán csak egyes tagra szorulhatván, ennek kényétől fügne az e-

gész, és az országnak huzamos nagy megterheltetésére szolgáló mértékletlen nyerekedés tárgyáva válhatnék, mi szinte a' törvényhozó testnek célna nem vala. Azonban csakugyan bizonyos az, hogy miután a' megkivántató tervezet előre elkészítése nevezetes költségbe kerül, erre pedig a' törvénytest semmi különös ajánlást nem tevén, tehát ez a' vállaló terhére maradván, e' részben a' tiszta kündötteg is senkit nem biztosíthatna, minden esetre egy kis áldozathoz készségre szükség vagyon, millyet azonban hazafui kebelben fel is lehet találni. Illy lélektől vezéreltetvén, mi alulirrottak, a' dolgot meggondolván, hogy az előre megkivántató költségek miatt az egészre nézve nagy és pedig mértéktelen huzamos nagy teher ne nyomná magyar Hazánkat, csak tegnap óta, és úgy szólvan perczenekek alatt szedtük magunkat össze, kik a' feltett célnak megfelelésére addiglan is 2600 darab 500 pengő forintos actiák elvállalására készen állunk, ajánlván: hogy a' fentebb említett jótékony concurrentiának eszközölhetése végett, előleges költségekre megkivántató summa pénzt előállítani és a' fömellt. Küldöttseg kezéhez adni fogjuk olly feltétellel, hogy ha a' pénzünkön (azonban minden esetre a' mi elmellőzhetlen teljes sikeres befolyásunkkal és ellenőrség mellett) elkészítendő tervezet nyilványosítása után, bizonyos időre határozandó concursusnál az érdeklett nagy munka rajtunk és még utóbb is szerzendő részvé-

nyes több társinkon maradna, azon előleges kiadásinkért semmi potlást nem kivánunk, de nem kivánnák pótlást még akkor is, ha az értelmes külföldi vízi építőmesterek (kiket szinte megkeresendünk) az érdeklet híd felépítését lehetetlennek találván, ez meg sem is épülne; ha azonban más valaki akar egyes, akár pedig társaság vállalná-fel a' tárgyat, ugy az köteles lenne az előre adott pénzünket, azonban csak kamat nélkül, de előlegesen nekünk megtéríteni: ezen felül mindenáltal kikötjük magunknak azt, hogy a' kibocsátandó actiáknak egy negyed része (a' mennyire azt megtartani kívánók)a'miénk legyen, ajánl-ván azt is, hogy ha a' tárgy rajtunk maradand, szinte a' kibocsátandó actiák három negyed-részét mi is a' közönségnek általengednők, 's ebből csak azt tartandnók meg részünkre, mi az actiák kibocsátása kezdetétől számítandó hat hónap alatt mások által el nem vállaltat-nék. Többnyire miután alázatosan azt véljük, hogy a' fentebbi nézeteknél fogva még jelen-leg végső végzés nem hozathatnák, ugyan azért mi itten az egyébiránt is érdeklett 26dik törv. czikkelynél fogva, csak az előre készítendő tervezekhez alkalmaztató tariffát sem határozzuk-meg; — ha mindenáltal még is a' fö-mélt. Küldöttségnek bölcs belátása már is a' végzést lehetővé tenné, 's ehez már is határozott kinyilatkoztatás kívántatnák, mi erre is készek vagyunk, 's az esetre alázatosan könyörgünk is, hogy a' fömélt. Küldöttség abbeli

felől minket értesítni, 's a' jótékony concurrentiának eszközlése tekintetéből bizonyos il lendő időt e' végre határozni kegyesen méltoztatnék; legmélyebb tisztelettel maradván Pesten jun. 11 kén 1837. Cs. 's k. Főhgséged és a' főmét. országos Küldöttségnek, legalázatosb szolgái Vodjaner Sámuel és fia; Ulmann Móricz maga nevében, ugy báro Dietrich József nevében; gr. Sztáray Albert; báró Orczy Gy; báró Redl Imre; Grämberger Pál; Magyari Imre; Robitsek József; Hegedüs Zsigmond.

B. Sinának a' híd építési orsz. Küldöttséghoz intézett folyamodása.

F. cs. k. főhg orsz. nádora 's főmét. országos küldöttség! A' legközelebbi országjülsén hozott 26dik törv. czikkelynek és annak folytában munkálkodó kisebb küldöttség elnöksége által Buda 's Pest közt építendő állóhid iránt közlött felszólításnak következésében én aluluri elhatározván magamat e merényt egy velem szövetkezendő társasággal egyetemben elvállalni, szerencsém van e' térgyabani nézeteimet 's azokon alapuló előleges javaslatimat cs. k. fenséged 's a' főmsgu orsz. küldöttségnek következőleg adnom elő: Érett megfontolás és bővebb adatok szerzése után meggyőződtem, hogy Buda 's Pest két testvér város partjai' összekapcsoltatasának sem technikai, sem pénzbeli tekintetben lehetetlenség nem áll utjában, de egyszersmind annak létesétése olly rendkívüli nehézségekkel's olly nagy pénz-koczkázattással van egybekötve, hogy ezek mind a' fő ország igazgatás, mind mások részérül is, kiket a' vállolat előmozdítása illet, vagy kik az által különösen érdekelvék, hasonlókép rendkívüli kedvezésekkel tesznek föl, mellyek reménylhetése nélküli senki illy

telemes és költséges vállolatba okosan nem bocsájt-kozhatnák. Meggyőződésem szerint a' közlekedési eszköz létesíthetése, szoros megitélése 's megállapításához, továbbá annak meghatározásához tartozó elómunkák' tételeit 's vezérlését, úgy szinte maga a' fő munka végrehajtásának technikai részét is egyedül olly műértőkre kell bizni, kiknek alkalmuk volt elméleti ismérteket gyakorlatban is helyeseknek mutatniok, és kik a' vizépítészet körében valami tökéletesen sikerültet már valósággal létre is hoztak. Ama' körülménynél fogva azonban, mi szerint illy művészek csupán Angol, Francziaország, vagy Amerikában lehetsők, 's illyeseket Magyarországba utazásra, itt az előkészületek' tétele végett hosszabb ideig tar-tozkodásra, 's annak idejében magának a' munkának vezérlésére egyedül nagy jutalmak' biztosítása indíthatna. Ez iránt, valamint a' megkivántató költ-ségekre nézve is bővebb részleteket; habár csak közelítőleg is szolgáltatnom, ugy nem különben a' megbizandó technikust névszerint kijelelnem mind addig lehetetlen, fens. főhg 's főmsgu orsz. küldött-ség, mik némi biztosággal nem számolhatok arra, hogy én mások fölött elsőséget nyerhetni és cs. k. fenséged 's a' felhatalmazott orsz. küldöttiséggel az ügy' velejére nézve törvényes egyességre juthatni fogok. Innen azonban előleges egyezkedés szüksége tetszik ki, 's azért bátorokom cs. k. fenségednek 's a' főmsgu orsz. küldöttiségnak ezennel némelly általános pontokat hozni javaslatba, mellyeket előbb megállapítatni kívánék, hogy sem a' fen említett előnyomozások 's előkészületekbe bocsátkozni, 's az egész munka' részletét cs. k. fens. 's a' főmsgu orsz. küldöttiségnak előterjeszteni sognám; ugyanis 1-őr igérem, hogy én Buda és Pest városai közt a' meghivandó illető hozzá értők által kinyomozandó 's tar-tósnak és megfelelőnek kijelentendő mód 's minőség szerint a' két testvér város helybeli érdekeit szint-ugy, mint a' kereskedés kivánatait tekintetbe véve, állandó közlekedést fogok létesítni. 2-or Kötelezem

magamat Buda 's Pest városainak illendő, a' mél-tány elvei szerint, 's a' helybeli viszonyok tekintetbe vétele mellett kitudandó 's megállapítando kármementést adni. 3. Buda 's Pest városainak minden rendkívüli vizáradás-veszélytől biztosítása végett a' két városhoz tartozó Dunapartokat czélirányos töltésekkel óvandom. 4. Kötelezem magamat a' megszabandó kivaltsági évek' elfolyta után a' felállítandó közlekedési eszközt legjobb állapotban általadni; azon ideig pedig általam benyujtandó jegyzék szerint egy tartalék-pénz-alapot, a' főország igazgatásnak akármikor kimutatandót, alkotni 's világosságban tartani, mellynél fogva az netaláni nagyobb megrongáltatás' esetére is szakadatlan haszonvehető állapotban tartathassék. 5. A' kibocsájtandó részvények' számát előre meg nem határozhatom ugyan, de szándékom darabját 500 pfrtjával adni ki, és kötelezem magamat ezennel, legalább egy harmadát azoknak és pedig felében Buda 's Pest két városa, más felében Magyarország többi lakosai számára tetszés szerinti részesülés végett 6. hónapig szabad vásárolhatásul hagyni, melly határidő multával azok saját rendelkezésem alá esnének visz-sza. Mind ezen olly telemes kötelezettséimért a' következő feltételeket kérem: 1-ör hogy én a' velem szövelkezendő Társasággal együtt az (A alatti jegyszék szerint mindenből, ki a' felállítandó közlekedési eszközt használja, vámot szedhessek, e' vámjegyzéket azonban, ha jónak látnám, alább szállíthassam. 2. hogy nekem a' fő országigazgatás és az illető hatóságok részérül a' törvénynek kiki által megtartathatása végett szükséges minden segéd ingyen adassék. 3. hogy az országlás a' felállítandó közlekedési eszköz mindenkorú szabad használásaért egyszer mindigre általán véve 300,000. pfrt adjon; ezen egész summa helyett azonban a' budaiparton a' viziváros kezdeténél az uton felül és alul fekvő 's az ide zárt rajzbul látható országos raktárokat, az egész helyzet szabad, mindenáltal a'

szükséges 's kényelmes járás kelés sérelme nélkül, használása jogával együtt 150,000 pftba számítva nekem tulajdon gyanánt átengedje, a' többi 150,000 pftot pedig kész pénzben fizesse ki. 4. hogy sem hajó, komp, vagy csolnak, sem gőzhajó a' két város és O-Buda koronai mezőváros határaiból egyik partnál a' másikra átszállítási pénzért járni előleges megegyezésem nélkül ne engedtessék. 5. hogy minden azon telkeknek, mellyek most a' Dunamedrében rendszerinti vizállásnál födve rejteznek, a' két parti feltöltése által azonban szározzá lennének, méltányosan meghatározandó értéke nekem az illető városok által megtérítessék, vagy magok a' telkek a' részvényes társaságnak tulajdonul engedtessenek által, és 6-or: hogy az általam alkotandó részvényes társaság a' hid-vámot az 1-ső pont értelme szerint 100 évig szedhesse, és nekem ez iránt e' 100 évre szóló, 's részvényes társaságra ruházható kirekesztő kiváltság adassék.

Midőn tehát cs. kir. Fenségedet 's a' főmsgu országos Küldöttséget alázattal kérném; hogy ezen a' vállalat fontosságához szabott engedélyeket mindenek előtt egyesen jóváhagyni méltóztatnának, minek megtörténtével én azután igyekezném minden e' tárgy létesítéséhez közelebbrül tartozó részleteket cs. kir. Fenséged 's a' főméltságú országos Küldöttségnek hova hamarabb elibe terjeszteni: egyszersmind szerencsém van kinyilatkoztatni, hogy én a' mennyire az elszámlált kedvezésekkel megnyerhem, ezen Nemzeti Munka' felállítása 's valósítása iránti hazafui buzgalmam újabb bizonysgául, minden a' munka' lehetősége, 's mimónoni létesíthetése kitudására, a' megkívántató tervek 's rajzok, nem különben az egész építést illető számlások 's költségvetéseknek elkészítésére szükséges előleges kiadásokat, ugy szinte az általam e' végre meghivandó kül 's belföldi technicusok ideigleni jutalmazását, uti 's élelemköltségeit kész vagyok sajátombul viselni, 's az ahoz megkívántató

pénzt előállítani, mire nézve magamat egyszer-
mind lekötöm, hogy azon noha előre fel nem te-
hető, de még is lehetséges esetre, ha azon mű-
értők' ítélete' szerint Buda 's Pest állandó egybe-
kapcsoltatásuk a' törvényhozóság által tett intézke-
désnél fogva teljességgel nem lenne valósítható, 's
ez e' képen erőmet felülmulná, azon előleges költ-
ségekre fordított summa' egyik felét a' Hazának ál-
dozatul ajánlandom, és csak másik felének meg-
terítésére fogok számot tartani. Mik után alázatos
javaslatim 's ajánlkozásom kegyes méltatását 's te-
kintetbe vételét o'ajtvá várván, mély tisztelettel
maradok cs. kir. Főherczegséged 's főméltóságu or-
szágos Küldöttségnek Bécs, maj. 3. 1837. alázatos
szolgája Hodosi és Kizdiai b. Sina György sk.

RR. Michael Koporesich Canonicus.

Caeo - Regia Majestas altissima resolutione de
24. Junii l. a. Parochum in Lóvász, Michaelem Ko-
poresich, Cath. Capituli Diakovariensis Canonicum
benignissime nominare dignata est.

RR. D. Wolfgang Stefanics †.

RR. D. Wolfgang Stefanics, Cath. Ecclesiae
Sabariensis Canonicus, Archi Diaconus Alsó-Lend-
vensis, s. Sedis Consistorialis Sabariensis, uti et
II. Cottuum Castriferrei et Zaladiensis Tab. Jud. As-
sessor, vix expletis ab Installatione sui in Canonicum
actualem die 29. Nov. a. p. 1836. habita, in Cano-
nia octo mensibus, translatus est ad vitam melio-
rem. R. in P.!

*Solutio Logogryphi in Nro 8.:
Animal. — Lamina.*

*Ill. Dni Episcopi L. Bar. Lad. Barkóczy
de Szala Consecratio.*

Dies hodierna, 6-a nempe currentis mensis Nitriensibus solatissima illuxit. Illmus quippe, ac Rmus D. Baro Lad. Barkóczy de Szala, Episcopus Albaregalensis, die hac per Excellum ac RRum Dnum Episcopum Nitriensem, — Con-consecrantibus Illmis Dominis Episcopo Neosoliensi; et consecrato Episcopo Corycensi, Strigoniensi suffraganeo, — solemni praescripto ritu, in antiquissima Cathedrali Ecclesia Nitriensi, in Episcopum consecratus est. Pro rara hac, et Nitrae ad memoriam hominum nec visa solemnitate, numerosissima omnis status confluxit multitudo. Tanta vero actus hic cum pietate et aedificatione, ad quam tam Excelli consecratoris, quam et Illorum, consecrati et duorum Con-consecratorum DD. Episcoporum insignes, et rarae animi virtutes multum contulerunt, perficiebatur, ut hanc vel obiter adumbrare, arduum omnino sit. — Finita sacra functione Excellmus D. Episcopus consecrator, pro innata sibi liberalitate, copiosos hospites prandio excepit. Sub hoc pro more usitato, plures intervenient litationes. Illmus D. neo-consecratus Episcopus, caetera inter, dum Excellmo Dno Consecratori vitae longaevitatem precaretur, magna cum savitate, et de correlationibus, quae ab olim, dum in minoribus adhuc con-

stitueretur, et continuative, inter Excellum Consecratorem, et se vigebant, attigit. Excellimus Consecrator vero, pariter omnem felicitatem Illmo Neo-consecrato vovit. — Postremo denique Rmus D. Franciscus Farkas Cathedralis Ecclesiae Albaregalensis Cantor et Canonicus ac Capitularis Vicarius, velut totius ven. Cleri et populi Dioecesis Albaregalensis repraesentans, vocem gratitudinis elevavit; Excellmoque Dno Consecratori, — quem Albensis Dioecesis olim Antistitem suum et Patrem venerabatur, quive nunc per manuum impositionem dilecto suo Timotheo plenitudinem sacerdotalis dignitatis contulit, eundemque Episcopum Ecclesiae Albaregalensi dedit, pro spiritualibus his fatiguis debitas egit gratias, Illmo autem Dno Neo-consecrato Episcopo Albaregalensi, pro auspicando munere Episcopali summam precatus est felicitatem. — Illmus D. Neo-consecratus Episcopus, altera mox die, horis matutinis, magno sui apud Nitrienses desiderio relicto, ad Dioecesim suam properavit.

Exemplum iterum unum e plurimis zeli apostolici; quamvis partem Antistites nostri in probe educanda pube capiant.

Rosnavia, 4. Aug. Ill. Episcopus noster Joan. Seitovszky de N. Kér, qui inde ab Episcopatus sui primordiis debita succrescen-

tis in Dioesesi sua pubis educatione nihil magis in votis se habere, nullis parcendo seu sumptibus seu fatigiis, incessanter testatus est, signanter vero edita eatenus anno 1833 per universam Dioecesim dispositione scholas omnes nationales debite coordinavit, coordinationis ejusmodi visurus effectum, atque pubis scholasticae in respectivis scholis experturus proiectum tentaminum terminis jam ex improviso jam facta praevie eatenus insinuatione annue plures ex ordine scholas visitare adsolet ita: ut paucae admodum jam reperiantur etiam in maxime dissitis Dioecesis partibus scholae, quas huicdum Apostolico zelo plenus Praesul in propria persona non lustravisset. — Admiranda est in eo omni tali occasione patientia, rara erga parvulos demissio; is namque solus in persona proles omnes et singulas, quas in scholis reperit pertentat e traditis objectis puta: **D**octrina religionis — lectione — literarum compositione — et cognitione — arithmeticā etc. Examini tali accomadam semper ad parentes adhortationem praemittendo, prolem omnem et singulam inter examinandum affabiliter alloquitur, ad solertiam stimulat. — Talia hoc anno tentamina idque novissime instituit in Dioecesis suae districtibus Granensi et super. Gömöriensi, tantillo serius partim ideo, quia asperior partium harum aura id citius fieri vetabat, partim quia alterata zelantissimi pastoris valetudo tantopere cupitum ad parvu-

los profectionem tardari jubebat; ne cum ille quidem pristinae plene restitutus erat sanitati, jam tamen 20. Junii a. c. se se itineri accinxit, et die insequenti, quippe 21. Junii in Mascha Pohoreensi Parochiae cognominis filiali horis pomeridianis proles scholasticas nr. 50 pertentavit. Die 22. horis matutinis in ecclesia Pohoreensi sacrum solenne celebravit, pro concione dixit et sacramentum confirmationis 782bus contulit; ac a prandiiis ejatis scholae tentamen instituit, quae 155 proles numeravit. Die 23. mane in schola parochiae Helpensis 187, a meridie in Zavatkensi parochiae Polonkensis filiali 116 ac die insequente in schola Polonkensi 291 proles producto in 5—6 horas tentamine examinavit. — Die 25-a in ecclesia Polonkensi solenne cecinit sacrum, sermonem dixit, et sacramentum confirmationis 529 contulit. — Non possumus hic non memorare circumstantiam, quae peculiaris suorum erga Praesulem nostrum, qua etiam Dominum terrestrem adhaesionis dedit tesseram; et luculente probavit sinceram, animorum conjunctionem nec per corporum ab invicem sejunctionem limitari posse, — probavit luculente: ubi sincera est adhaesio, cultus integer, ibi intemperiem aëris, difficultates itineris temni viriliter, si de probanda agatur propensionis tessera. Jam dies erat a discessu sexta, singula ferme incessante pluvia abundans — dies 24-a erat, dies S. Joanni Ba-

ptistae, adeoque Praesulis nostri Patrono sacra. Quis putasset infucata Rosnaviensium vota hac occasione moeniis civitatis haud immansura, sed ad ipsum plane actualis commemorationis locum longinque deferanda? non accidit secus! Civitas Rosnaviensis, a qua possessio Polonka ad duarum ferme dierum distantiam per saxosorum montium juga rejecta jacet, pro Praesulis die onomastiea sub praesidio meritissimi sui Judicis Domini Josephi Gode medio Deputationis e quatuor membris consistentis Polonkam plane petit, vota sincera depromptura. Inexspectatus prorsus Deputationis hujus adventus onomatisanti Praesuli erat gratissimus, quem, uti civitati suae medio ejusdem Deputationis identidem declaravit, perenni tenebit memoria. — Deputatio haec Praesulem Apostolico suo numere fungentem comitabatur in redditu ex Polonka usque insequentis diei prandium in parochia Murány - Huttensi sumtum, quo terminato ad suorum committentium incolumis remeavit gremium. E scholarum docentibus unus infra subnexos versus onomatisanti Praesuli hac occasione obtulit. Die 26-a mane in parochiae Pohoreensis filiali Veres-Kő pertentatae proles nr. 31 a meridie in schola parochiae Murány-Huttensi, nr. 44 die 27-a mane in schola Murány-allyensi 93. — a meridie in Murány-Hosszúréthensi 88. die 28-a mane in schola Nagy-Röczensi 88. — Die 29-a quippe SS. Apostolorum Pe-

tri et Pauli ex oppido Nagy-Rőcze Praesul ascendit ad filialem parochiae hujus possessio-nem Zdihava, quae a matre inter montes sa-xosos reclusa et saxis inaedificata, ad 1 1/2 horae distantiam rejecta est, hic in defectu ecclesiae idem Praesul sub tentorio in coe-meterio ad crucem omni cum decentia con-structo sacram decantavit, pro concione di-xit, sacramento Eucharistiae plures refecit, et 138 fidelibus sacramentum confirmationis contulit; quibus in magno populi confluxu persolutis in schola ejate examinavit proles nr. 46. — Die 30-a scholas in oppido Jolsva adiit, et proles 110 pertentavit, tandem die eadem a meridie ad residentiae suae locum Rosnaviam rediit. — Apostolici hujus itine-ris in incessante ferme pluvia peragrat iicom-moditates lenierunt solatia ex adaequatis pro-lium responsis hausta. — Instituto examine ubique classificatio per Illustrissimum Prae-sulem est perfecta, et prolibus secundum te-statum profectum donaria puta: petasi — — pectoralia — imagines — strofia — libri precatorii — scholastici etc. distributa; et docentes, qui se peculiariter distinxerunt praemiati. Parentes tentamini praesentes sua super prolium suarum profectu gaudia la-crymis testabantur. Solatium erat experiri: proles scholasticas in omnibus praerecensis-tis scholis, quamvis omnis haec peragrata Dio-ce-seos pars schlavici labri esset, in lectione hungarica, dialogis et vocabulis hungaricis

optimo successu doceri. — Scholarum visitatarum florescentia multum debetur Serenissimo Principi Ferdinando Saxo Coburg Gottensi terrestri horum locorum Domino, qui sicut in aedificia scholaria peculiarem impendit curam, ita docentes in grano se se distinguentes anno 50 flororum subsidio munifice praemiare assolet, et proles scholasticas libellis scholasticis e proprio procuratis liberaliter providet. — Idem infatigabilis Praesul sub occasum praeteriti mensis Julii tribus continuis diebus, quippe 27-a, 28-a et 29-a in gremiali schola nationali, in tres classes sub totidem docentibus divisa, instituit examen, proles universim 221, in persona pertentando, parentum et aliorum hospitum frequenti semper numero, et cum communi super egregio prolium profectu aplausu praesentium. Die 30-a classificationis per ipsum Praesulem instituta perfectio, et 127 eminentibus prolibus, praesente magna civitatis incolarum parte diversa donaria data illimitatum pepererunt gaudium. Deus plantanti, et riganti Praesuli uberem benedictionis suae gratiam largiatur!

Örvendezzen a' Rosnyói palladium tábora!

Mert ma bescs nevenapját elérte fő mentora.

Örvendezzen köz hangzat közt Rosnyónak vig környéke

A' békeség szent alapján áljon Püspökünk széke.

Szent hálát hintsen az égre a' sényes egyházi rend,
Melly illy buzgó vezérinek lételén szivból örvend. —

Boldog nyáj az, mellyet illyen gorlós Pásztor kor-mányoz,

Az nem juthat a' tévelygés sötét tartományához.

Égő buzgósággal megyen hivei közt előre,

Mézes szavakkal vezeti a' boldog legelőre.

Mind szóval mind példájával védelmezi hitünket,

Az üvezség palyájára öszönözget bennünket.

Erős materiából van szivén a' hit páncélja,

Alatvalónak boldog előmentek fő célnya.

Bölcs buzgósága mi nékünk ollyan erős véd falunk,

Kiben vagyon helyheztetve oltalmazó Anghyalunk.

Méltósága szent hitünknek örizője és fénye,

A' bal sors közt kesergöknek vigasztaló reménye.

Egy szóval a' köz jára van föláldozva élete,

Nem magáért hanem sok száz ezerekért teremtve.

A' kegyes ég tartsa meg hát buzgó sőpásztorunkat,

Hogy ő benne tiszteleshessük második Nesztorunkat!

Zengedezze örööm hang közt a' sajónak vidéke,

Hogy virágozzon Scitovszky méltósága szent széke!

Oltalmazták Öt az egek minden bal történettől,

Terjedjen érdeme hire nyugottig — napkelettől.

Igazgassa a' kegyes ég nyelvét, szívét és száját,

Hogy az úrnak utaiban legeltethesse nyáját!

Jobb karján hordozza Ötet az élet védangyala,

Sokszor derüljön föl reá névnapjának hajnala!

A' fris egészség strazsálja nagy lelke borítékát,

Vigye elől a' kegyes ég minden föltett szándékát!

Éljen tehát a' Főpásztor! Éljen a' megye benne!!

Bár csak majd sok évek után más illy Scitovszkynk lenne!

Éljen szent hitünk bajnoka, szent hitünk oltalmára,

Figyelmezzen az ég az Ö buzgó áldozatjára!

Éljen benne a' kesergő szükölködőknek Attya

Sok éveken túl tündökljön élete csillagzalja!

Éljen! és sokáig hintsen fényt Püspök megyéjére

Adasson meg a' sírontól édemlelt pálya béré !!

subm. ***

*Veritas ubique et apud omnes
saniores eadem.*

Sodalitas „Amicorum“ (Quäker)
Reginae Angliae, Victoriae,
gratulatur.

Regina Angliae die 21. Julii in palatio S. James ecclesiarum Scotiae, et dissentientium in genere, cleri presbyterani, et ita dictorum Quäker gratulatorias in throno sedens recepit. Hi Reginam sic sunt affati:

„Nos fideles ac devoti subditi vestri, membra religiosae Amicorum, vulgo Quäker dictorum, sodalitatis, et in M. Britannia ac Hybernia totius hujus communitatis vices obeuentes, prima statim opportunitate uti voluimus ad depromenda sincera Reginae nostrae addicta studia. Amissum Monarcham nostrum amantissimum Guilielmum IV. profundo dolore recolimus, regiminis ejus tempus haud ignobilem historiae Patriae nostrae epocham esse censemus, quod scilicet amplificatis civilibus et religiosis libertatibus, per benignitatem ac misericordiam erga reos, denique per patrocinium, proximis nostris, qui in mancipatu sunt, addictum, semet distinxerat. Principalia haec regiminis ejus linamenta solatio nobis fuere, tamquam documenta in id, quod principia christiana in legislatione nostra praevalecant. Inter grata animi erga omnipotentem Deum sensa tibi,

Regina nostra, dum thronum descendis,
gratulamur, quod pax externa et tranquillitas interna vigeat. Utinam nihil unquam hanc coeli benedictionem turbando sit, ac utinam illa magis magisque diffundatur persratio, quod bellum tam Christi doctrinae, quam politicis rationibus aduersum sit! — **Exploratum habentes, religionem Jesu Christi, Domini et Salvatoris nostri solum et unicum esse fundamentum verae hominum felicitatis, atque Populorum quorumvis prosperitatis; persvasum una tenentes, eam sacratum regiminis propugnaculum constituere, oramus Deum, ut throni tui praesidium esse, et omnia ministrorum tuorum consilia regere dignetur.** Accipe benigne, o Regina, sincera et purissimi animi vota nostra, utinam perpetuo ad coelestem sapientiam adspirare et contendere velis, ut graves illas obligationes, ad quas per divinam providentiam mature adeo vocata es, adimplere valeas. Vive semper in timore Domini, qui cor tuum ad obsequendum praeceptis suis primum reddat, amplaque tibi largiatur gratiam suam, et quum dies tributarum tibi partium praeterierint, ingrediare per gratiam Dei in nomine Jesu Christi ad aeternam haereditatem.“

Majestas ad haec reposuit:

„Pro depromto super obitu Mattis Regis dolore vestro, pro justa item aestimatione indolis et characteris, tum consiliorum regiminis ejus, ita etiam pro sincera gratula-

tione ac votis mihi in auspicio regni depromtis gratias vobis ropono; votis autem ac precibus vestris, pro regni mei prosperitate susis, meas adjungo, cuius fulcrum validissimum reverentia erga sanctam religionem nostram, praceptorumque ejus observantia constituunt." v. * e W.

Juvenis Regina Angliae una caput Ecclesiae Anglicanae.

Ephemerides Parisinae „l' Ami de la Religion“ inscriptae, Nro 2831. ddo 1-a Julii 1837. hunc articulum pervulgant: „Notum est, in persona Imperantis Angliae consociatam esse ultramque supremam potestatem, sacram non minus, atque civilem. Cum ibi lex salica non obtineat, etiam alterius sexus principes thronum condescendunt, si in serie successionis eas vocet ordo: ac proinde, vi legis organicae, anno 1550 stabilitae, Regiae Angliae fiunt directrices supremae omnium causarum ac rerum spiritualium et ecclesiasticarum aequae ac temporalium. In hoc itaque temporis articulo, dum Princeps Victoria succedit Wilhelmo IV., Venerabilibus Praelatis Ecclesiae Anglicanae praesidet octodennis Principissa tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Habet illa potestatem, si ita judicaverit, adjungendi symbolo quosdam articulos; aut aliquos mutandi, et demandi: habet potestatem liturgiam re-

formandi; et Praelatorum dispositiones ecclesiasticas seu approbandi, sive abolendi, novas autem condendi; habet potestatem Dioeceses eorum visitandi, eisque visitationem injungendi; verbo habet eam omnem potestatem sacram, quam ecclesia anglicana denegat Vicario Jesu Christi, ut eam collcare possit in manus suorum Principum utriusque sexus. Erat olim moris, ut Rex Angliae quater in anno proclamationem dimittat, cominendetque, ut fideles ab omni vitio abstineant, a profanatione dierum Domini, et a blasphemia; item ut exempla promat religionis ac virtutis. Has proclamationes jubebat Rex in omnibus ecclesiis et capillis praelegi. Scimus praeterea, Episcopos institui ac destitui per Regem, publicas preces disponi per Regem. Nunc autem omnia haec fiunt auctoritate juvenis Reginae, quae proclamationem nuper edidit contra vitia et libertinismum.“

s. Ill. Ep. c. A. J—y.

*De pulsus campanarum in animos humanos
vi et efficacia.*

Dignum esse judicamus, subnexum hic articulum, quoniam et pii sensus, et styli sublimitate se commendat, ex gallico translatum excerpere, ex opere: „*Voyage du Marechal duc de Raguse en Hongrie, en Tran-*

sylvanie, dans la Russie meridionale, en Crimée, dans l' Asie mineure, en Syrie, en Palestine et en Egypte 1834—1835“.

„Itinere meo — inquit author Mont — per Libanum procurrente vividissimae cujuspiam sensionis species me recreavit, quam nequaquam praevidere, sed ne divinari quidem secus mihi licuisset. — Clangor campanarum e monasteriis et ecclesiis subito aëra percussus, in auribus meis personabat, — clangor auditui hominis Europaei his in montibus perdeliciosus. Argentei illi soni, coelum versus sublati, qui in memoriam revocarunt religionis meae cultum, et patriam meam, non poterant me non intime adficere. Festiva haec ad precandum institui solita excitatio, totum pervadit hominem, quoniam cum illa in mentem venit recordatio officiorum nostrorum erga Creatorem, et sensus dependentiae ac necessitudinis pro beneficiis, queis quotidianae nostrae sublevantur indigentiae, vox haec, quae communis et uniformis est in omni christianitate; quae tam potenter in extremis vitae humanae, nativitatis utpote nostrae ac mortis, momentis loquitur; quae intimo nectit vinculo incolas aestuantis Iberiae dissitasque gelidae Newae oras; vox haec sonora, et nulli non perceptibilis, quae easdem ubique cogitationes, eadem desideria excitat, non potest in locis procul ab Europa dissitis personare, quin itinerantem vel invitum horrore.

quodam voluptatis pleno percellat. Clango-
re hoc cuncta exprimuntur: fides, gratitudo,
patria, spes; verbo, omne id, quo cor ho-
minis exuberat; totum id, quidquid homin-
em supra se ipsum attollit, et pro momen-
to a curis vulgaribus ad sublimiora rapit. —
Inest quippe homini quidam stimulus, quo
versus eos fertur, qui eadem invicem vocis
communione fruuntur; hujusmodi cor nimis
refugit id, ut solitarium sit; coram Deo ta-
liter efformatum avidum est ad tribuendum,
avidum ad retribuendum, particeps vult redi-
di communium bonorum. Viator, cui in
medio barbarorum suam fidem, cultumque
religionis suae reperisse contigit, metam et
objectum affectionum suarum invenit, seque
in consortio suorum contribulium versari re-
putat.“

v. Em. Sz. Can. Veszpr.

Tudományos Gyűjtemény V. és VI-dik kötete.

A' folyó évi Tudományos Gyűjtmény-
ből e napokban egyszerre két kötetet kap-
tunk; az V-dik kötet foglalatja: I. Érteke-
zések. 1) Kállay Ferencz. Könyvbirálati
szabályok, vagyis értekezés a' recensiók' ter-
mészetéről. 2) Edvi Illés Pál. A' mai Jeru-
zsálemnek és körületének leírása. 3) Gyuri-
kovics György. Pázmán Péter kardinál's
esztergomi érsek' élete leírásához való pótás.
4) Kiss József. A' közbátorság. 5) Ugyanaz.

A' holt tenger. 6) Holéczy Mihály. Karinthiában a' magyarok Althosennél és Bleiburgnál. 7) Vizer István. Kozmologiai eszmélkedés. 8) * * * A' hangászat viszonjáról a' többi szép művészletekhez. 9) H. M. magyar történeti kalászok. II. Literatura. A) Hazai Literatura. Könyvesmertetés. Jelentés a' philosophiai pályamunkákról. 1836-ból. Irita Kállay Ferencz, a' m. t. társ. rendes tagja. B) Külföldi Literatura. Könyvesmertetés. England im Jahre 1835. Von Friedrich von Raumer. Zwei Theile. (Koszorú az 1837-dik eszt. V-dik kötethez egy ív.)

A' VI-dik kötet foglalatja pedig következő: I. Értekezések. 1) Szilágyi János, hatházi reform. predikátor: Az öszvetett más-salhangzók természeti eredetéről. 2) L. I. Földünk éghajlatinak nemelly változásiról. 3) Podhradczky József. Hajdan; még Szent Koronánk Pozsonyban őriztetett, zárainak kulcsaira az oda való várnaig vigyázott. 4) F. I. A' jó gazda szükséges tulajdoniról, 's kiműveltetéséről (Thaer-Gazdasági munkájából.) 5) Fejér György. Kánt Immanuelnek, 's Kritikájának esmértetése. II. Literatura. A) Hazai Literatura. Könyvesmertetés. Birálatok. A' philosophiai pályamunkákról. Irita Kállay Ferencz a' m. t. társ. rendes tagja. Hetényi János' feleletje illy jelszóval: *αληθευειν ναι παρόησαζησθαι.* B) Külföldi Literatura Könyvesmertetés. Historie de Sainte Elisabeth de Hongrie, Du-

chesse de Thuringe (1207—1231) par le Comte Montalambert, Pair de France. Paris, 1836. CXV. és 437. l. n. 8rétbén. H—g. (Koszorú az 1837-dik eszt. VI-dik kötethez egy ív.) H. T.

H. T.

*Vincent. Rudolf Praepos. S. Sigismundi de
Buda, Parochus reg. arcis Budensis,
Abbas S. Martini de Vaska.*

Caeo-Regia Majestas altissima resolutione sua de 4. Apr. et 13. Jul. Vincentio Rudolf ex ordine militari crucigerorum cum rubea stella Praeposituram S. Sigismundi de Buda et una Parochiam arcis regiae Budensis, tum Abbatiam S. Martini de Vaska benignissime contulit.

Anagramma.

1 2 3 4 5 6 7 8 *Orbus sum nomine, sed et cognomine.*
 6 1 4 7 8 *In non mutilato videbis homine.*
 1 2 7 8 *Carpere consuevi facta Juniorum.*
 4 7 6 1 *Rex pientissimus fui Romanorum*
 3 2 7 8 *Sim admodum grave: frangam tuas
vires.*
 6 7 8 *Meum constituant genus soli glires.*

B. F. Szolnokino.

Logo gallery

Me ducens, sumit communia jura maritis
Me referens, cingit victrici tempora lauro;
Cinget, si caret notis in fine duabus.

$C_{\cdot \cdot \cdot} \in L_{\cdot \cdot \cdot} d_k$

*Libertas et inde securitas constitutionalis
(garantia) Electionum.*

Paginae Londinenses haec ferunt de novarum electionum auspiciis: „In West-Monasterio electio Dni Leader radicalis, qui nuper in singulari electione velut aemulus Dni Burdett (nunc candidati pro Nord-Wiltshire) repudiatus erat, utcunque certa est. Contra facile evenire poterit, ut Colonellus Evans ex adverso candidati factionis Tory, Dni G. Murray, succumbat. Factio Tory diversa congerit contra D. Evans argumenta; sic deplorandam brittiae legionis, per internum disciplinae defectum dissolutae, sortem eidem vitio vertit; illi etiam adhibitum scuticarum apud eam usum adscribit, in memoriam revocans, quanta vehementia olim contra hanc poenam declamaverit. In hunc usum imagines quoque adhibentur: turbas semi nudorum depexorum vagabundorum, — legionis imaginem referentium — quam „Generalis“ praecedit, per plateas incedens in effigie sistitur; non secus etiam imago felis novem candarum, et picta adumbratio ipsius poenae dum scuticae ipsae infliguntur, distribuitur; ita etiam ludibriosa imago (caricatura) generalem Evans, Hispaniam deserentem sistens, cum subscriptione: Comes Irun, quasi D. Evans pugna ad Irun (qua tamen succubuit) Comes cum hoc praedicato creari meruisse, ubi simul alia

propria vocis significatio I-r u n (ego fugio) innuitur. Praeterea in eundem scopum minae etiam directae et indirectae, ac terriculamenta intentantur, e. g. quidam amplae clavicordii fabricae possessor (J. Broadwood et filii); opificibus, qui magno numero ab instituto illo dependent, congruamanda dedisse fertur, ut pro D. G. Murray suffragiant. Regimen contra in genere omne suum patrocinium impendere decrevisse dicitur — quemadmodum D. Soltan, qui cum D. Russel in arcto familiaritatis nexu constituitur, in quodam electorum in Devonshire conventiculo declarandi se potestatem habere adfirmavit — tales, qui ex aerario proventus trahunt, et tamen auctoritate sua pro ministrorum adversariis usi fuerint, nullos deinceps favores a regimine Majestatis exspectandos habere.

Subortos in electionibus Liberpoliensibus — in quibus duo conservativi candidati DD. Sandon et Cresswell contra duos reformatores, DD. Ewart et Elphistone decertarunt, et triumphum etiam reportarunt — tumultus paginae „Times“ sic enarrant. Inde ab initio electionum civitas in magno motu fuit. Candidati conservativi suffragiorum sibi addictorum numerum singulis horis 100 — 200 increscere viderunt. Hoc plebem factionis Wigh adeo exacerbavit, ut vim adhibere caeperit, fenestras conservativorum fregerit, oecum sessionum commissionis con-

servativaē devastaverit, et politiae administrōs, atque hos inter aestimatissimum Supremum Commissarium Whitby pessime habuerit. Pars civitatis die tota publicis tumultibus exposita fuit. Praefectus civitatis (Major) e podio curiae civicae legem de seditione promulgavit; interpellabatur a plurimis, ut armatam manū requirat, quod recusabat, sperans plebem sponte ad ordinem reversuram. Omnes operaē, hyberni, nautae, verbo infima plebs omnis ad electionum contubernia confluxeunt, quamquam suffragiorum jure destituerentur, et inter 50 vix unus inscriptiones vexillorum legendō essent. In angulis platearum ad hybernos, qui magno numero Liberpolii aderant, haec provocatio legebatur: „Hyberni milles contumelias, quibus adfecti fuistis, memoria adhuc tenetis. Fertiles agri vestri, sangvine fratrum vestrorum, quem factio Arausionensis fuderat, rigati sunt. E provinciis Leinster, Munster, Conaugth, et Ulster oriundi ad stationes vestras! — Hyberni! praeparate conventicula vestra, coordinate turbas! mementote Rathcomarcae; nolite ullum inter vos pati proditorem libertatis et Hyberniae! Qui nobiscum non est, est contra nos! Ad tentoria tua o Israël! Tessera vestra sit: Regina et ejus amici! Ewart et Elphinstone! Liberpoliensis sodalitas libertatis!“ Quid naturalius, quam simili adhortatione inflammari illam hominum classem? Magistratus ci-

vicus nulla providentiae media arripuit, nulla idcirco pro quocumque, aderat securitas, qui rubro colore comparuere, foeminae et infantes injuria affecti, quin satellites politiae tutamini adsuissent. Jam pridie processionis electoralis Conservativis graves contumeliae illatae, quas admiranda animi moderatione ferebant. Inter processiones radicalium integræ catervae furum, et ganeonum fustibus armatorum videbantur. Complures homines lapidibus impetebantur, alii conculcabantur. Infanti duorum annorum rubrum fasciam circa collum gerenti (qui color factionis tory candidatorum fuit, unus ex asseclis Dni Elphinstone, cultro pectus pertudit.) — Novissima nuncia ferunt, tumultus adhuc perdurare. Politiae satellites arma arripere jussi sunt, et Manschestræ miles accitus.*)

In Bath locum duorum radicalium, Generalis Palmer, et Dni Roebucks, duo Tory, Lord Powerscourt et D. L. Bruges occuparunt. Electionis adparatus in hac urbe per operas, in ductibus ferreis et viarum stratis laborantes, turbati sunt, quemvis scilicet transeuntem sine discrimine impetebant, candidatos sublatis clamoribus a dicendo arcebant, diversa vexilla dilacerabant, et complurium domorum fenestras confregerunt.

*) Si jam nunc res sic aguntur, et salus publica hac ratione paratur, quid sperandum extenso jure electionis et suffragiorum? Si fustibus non judicio Magistratus lecti fuerint?

Inde ab exordio ferendorum suffragiorum Radicales suffragiis succumbebant. De Generale Palmer innotuit, eum aere alieno gravatum esse, et contra Roebuck obversum, eum dum de sanctificatione Sabbathi lex ferenda erat, adversam propugnasse sententiam. Quäker tamen magno numero ei suffragia dabunt, ast in genere methodistarum et alias pietistarum sectas adversum se habuit. Conclamatum fuit: „Ablegatos civitatis Bath hucusque alterum mendicum alterum infidem fuisse.“ *)

Ingens illa agitatio, quam in Britannia electio universalis producere consuevit, inde intelligi potest, quod proventus tali opportunitate e Postae officiis 100.000 lib. st. incrementum accipient. Redituum typographicorum augmentum hoc tempore haud est minus, pro annunciationibus, circularibus, schae-dis, provocationibus, literis, in quibus suffragia flagitantur. Paginae „Morning-Chronicle“ his adjiciunt mercedem et honoraria chirurgorum pro ligamentis capitis et crurum solemnitate hac confractorum !

Paginae Ministris addictae electores monent, ut, ubicunque electio inter ultra-radicalem et Tory controversa fuerit, suffragia sua priori, i. e. ultraradicali addicant, ne per electionem unius conservativi representationem suam e-

*) Recte quidem — dummodo absit calunnia — privatae vitae macula, publicam foedare solet.

lidant — Inter electiones novissimas vehementissimae contentioni subjectae fuerunt Dni Graham in Ost-Cumberland, Dnorum item Hume et Byngs in Middlesex et Dni Fr. Burdett in Wiltshire, in his eventus maxime anceps fuerat, et ideo diversis factionibus addictae Paginae omnes canales et cataractas suae eloquentiae respectivae aperuerunt. — Inter caeteras „Sun“ electores in Wiltshire modo hoc radicali alloquebatur: „Sumite exemplum ab electoribus in Wigtownshire, qui psalmistam Pharisaeum illum, qui, si potuisset, gramen, floresque diebus Domini crescere prohibuisset, quive popinas, ductus viarum ferreos et hortos deliciarum una pia execratione comprehendit, abegerunt, ut piis meditationibus suis imperturbate vacare possit. Ambo Barones ne hilum quidem valent, ambo ita ahorrent libertatem, sicut diabolus aquam benedictam. Ejicite illum, electores Wiltshireenses; si ire detrectaverit, quaerite ab eo, quid ex odio ejusdem adversus factionem Tory factum sit? ex ardente ejus erga libertatem amore? e consiliis de universal suffragiorum facultate, e triennalibus comitiis et secretis suffragiis? quae ante tres adhuc annos in coronae et anchorae taberna praelegerat. Et si respondere noluerit, convertite solummodo capita equorum ejus Londinum versus, diciteque ei, vos potius versatilem gallum galinaceum in culmine domorum (ventorum ac tempesta-

tum indicium) electuros, quam grandaeum senem sensa et principia abjurantem, quae in flore ac vigore aetatis solenniter professus fuit. Nequaquam! Judas una vice, semper erit Judas! Sicut electores Westmonasterienses sefellerat, ita et vos deludet. Burdett Ablegatus Cottus Wilt? hoc nunquam fiet, electores hanc ignominiae maculam haud quaquam sibi inurent!“ *)

Inter memorabiliores scenas electionum refertur etiam Nothvichensis. Pro coëmendis suffragiis millia et millia profusa sunt; mercatura haec publice et impudenter adeo exercebatur, ut plures, qui se pro certa pecuniae summa jam venundederunt, eam restituerint, quoniam ab adversa parte plus oblatum fuit. Electores per centenos in po-

*) Per Deum atque homines, quanta haec publica licentia linguae! ubi meta, ubi terminus calumniarum ponetur? Si haec in perversorum duntaxat castigationem fierent — quamquam negamus, hanc in bene ordinata republica ad unius cuiusque privatam spectare seu obligationem seu auctoritatem — ast probos, bonosque pari affectuum ac lubidinum furore, imo majore ferit, quum pravi in petulantia alique injuriis inferendis magis sibi indulgeant. Si haec in ludicris solum rebus exercerentur, sed in gravissimis, dum legislatores uno alterove superante suffragio creantur; illo temporis momento, quo solo summa potestas populi exercetur, dum summa haec in res sacras et profanas potestas confertur! dum salus reipublicae omni cum moderamine animorum, summa cum virtute atque sapientia procuranda foret! — *

pinas trahebantur, ibi inebriati et captivi detenti fuerunt, ne effugere possint. Ad cruenta etiam certamina deventum, neque in plateis ulla adfuit securitas. Pretium suffragiorum singulorum inter 10 et 15 sovereigns variebat; ultimis vero electionis horis pro quibusdam suffragiis singulatim etiam 100 usque 200 l. st. solvebantur. Interim in hac propudiosa electione nobilis etiam animi documenta narrantur. Quidam tonsor inops ultimis electionis horis quater repudiavit oblatum 100 l. st.; alter autem 30 sovereigns. Quidam textor pauper, qui cum uxore et 8 prolibus 2 duntaxat schilling pro pane habuit, cunctis temptationibus restitit; alter, cui 30 sovereigns promissa sunt, ut ab electio-
ne emaneat, oblatum respuit, cum tamen tunicam in domo fiduciaria oppignoratam ha-
buerit, familiae panem comparandi ergo. —
Frequenter etiam foeminae adhibitae, ut con-
juges suos seducere adlaborent. Electio fa-
ctionem Tory 20,000 lib. st. (200,000 fl. c.m.)
constitit; videntur tamen nec adversarii ho-
rum eadem media contemturi fuisse, si ar-
gentum non defuisset. — „Et istud est“ ex-
clamat paginae — Notwich-Mercury — „il-
lad repraesentativum systema, cui Angliae
legislatio et libertas constitutionalis inniti-
tur!“ Editor dictarum paginarum, in li-
bello comitiis porrigendo, foedam hanc a-
gendi rationem exponere in animum indu-
xit, adfirmatque cunctos majoris auctoritatis
urbis incolas se paratos fore declarasse ad

libellum, in quo sublatio juris electoralis civitatis suae oretur, subscribendum.

Dnum Hume paginae „Standard“ inter viros publicos, qui unquam comitia Angliae foedarunt, post O'Connell immanissimum, esse adfirmant; et eadem die paginae „Morning-Chronicle“ adserunt: si quis unquam de Anglia optime meritus est, is profecto D. Jos. Hume est.

Lord Alfredus Paget, qui nuper inter Agazonum Reginae Magistros receptus est, nunc ad comitia Ablegatus electus pro urbe Lichfield, die 29 Julii 21-mum aetatis annum complevit.

Paginae Birminghamenses „Advertiser“ scribunt, ibidem in electione comitali post lata scriptis suffragia serios tumultus locum habuisse, et die postero palatium Royal-Hotel funditus diruendi consilium proditum fuisse. Omnes jam fenestrae in toto aedificio confractae, portae effractae, suppellectilia et instrumenta quaeque ad plateam projecta. — Postquam lex de seditione perfecta fuisse, et armata manus in auxilium accita, furibunda multitudo vi adhibita dispulsa est. Complures tumultus auctores comprehensi tribunalibus traditi sunt.

Electio Dublini jucundiorem induit saceriem. Ipse actus electionis sine omni tranquillitatis perturbatione susceptus est: et solum, dum D. Moore pro Hamilton peroraret, in podio motus subortus; protracto e-

nim per quemdam pugione, clamor una exaudiebatur: „Nolumus hannoveranum! Apage hannoveranum!“ etc. Homo cum pugione in custodiam datus. — Paginae „Standard“ hunc intervenientem casum narrant: „Postquam D. West criminacionem illam, ac si contra exarendatores seu redemptores terrarum suarum inhumaniter egisset, refutavit, adjecit a Dno O'Connell saepe sibi corporis deformitatem objectam fuisse, ast se (West) alienis adminius pennis semet ornare haud esse solitum. Si Dominus O'Connell gratia formae suae gloriari desiderat, velit adminius complacendi gratia capillamentum suum e Bondstreet deponere, sicque coram populo comparere, tum enim vero quivis judicium ferre poterit, quisnam ipsorum pulchrior sit masculus. O'Connell detracto illico capillamento in naturali sua calvitie adstitit — ne unicus quidem inter nudum caput ejus et lychnuchum imminentem intercessit capillus. Effectus, quem scena haec ridicula produxit, describi nequit; facies Dni O'Connell hilari et jocosa facetia resplendebat. Omnis conventus, Praefectus, Candidati, factiones coloris auranciaci aequa ac viridis luctae electionis obliti, se comici hujus spectaculi oblectamento tradere videbantur.

v. * e B.

*Propositio in comitiis badensibus de abolendo
caelibatu cleri catholici.*

In ultima sessione Curiae alterius, Statuum badensium die 31. Julii Ablegatus Rotteck relationem praestitit de pluribus propositiōnibus abolitionem cleri catholici concernentibus, svasitque, ut eaedem Ministris tradantur, qui in iis ad celebrandas provinciales synodos, jam promissas, argumenta inventuri sint. Ablegatus Dutlinger propositioni huic adstipulatus, explicuit argumenta jam in prioribus comitiis pro sufferendo caelibatu in medium prolata. Minister int. negotiorum declaravit, id quidem in se unum idemque esse, an propositio haec in archivo Curiarum aut in Status Ministrorum computrescat; se interim argumentum hoc ad comitiorum pertractationem et disceptationem idoneum esse nequam censere, quin imo singulare omnino id sibi videri, quod a regimine M. Ducatus postuletur, ut illud tale quid ad agendum suscipiat, quod maxima regna catholica tentare nunquam sint ausa. Ablegatus Welker expresse in favorem abolendi caelibatus prolocutus, in hoc aptum medium prospexit, quo sublimior catholicismo puritas concilietur, dolens, nihil ad purgandam hanc fidem tam longo tempore esse factum, quamquam summopere purificatione illa opus foret, propositionem itaque Commissionis, praecipue relate ad celebrandas synodos propugnavit. — Minister

externorum negotiorum L. B. Blittersdorf, affirmavit, discussionem idmodi quaestionum, affectuum duntaxat effervescentiam adducere, internamque in ecclesia catholica pacem turbare debere; catholicorum M. Ducatus, qui jure ad plenam conscientiae libertatem perinde gaudent, longe majorem numerum ejusmodi innovationibus certissime adversari; propositam caelibatus per synodos abolitionem, si evenire posset, necessario scissiones in ecclesia catholica progenitaram, quoniam consensus in eam Curiae romanae supponi nequeat; nec quidquam tantis subjectum esse difficultibus, quam regulatio negotiorum ecclesiae catholicae, quia non tantum diversarum fidei confessionum in M. Ducatu, sed etiam caeterorum Statuum superioris rhenanae provinciae ecclesiasticae, tum etiam summi ecclesiae catholicae Capitis rationem habendam esse; et quia absque mutuo undique animorum sensu, nullum vel cogitari potest resultatum; tanto vero scelestius foret flamas discordiarum in Mag. Ducatum projicere et dissidia quaeque inter viros ecclesiasticos et seculares, inter foed. Status (Germaniae) et Romam seminare; regimen certe M. Ducatus non modo auxiliares ad haec manus haud porriget, nec subversionibus in ecclesia cath. praeibit, verum etiamsi propositio Commissionis per Curiam Ablegatorum probaretur, ei nullum momentum tribuet. — Ablegatus Trefurt, ad celebres e statu ecclesiastico catholico scripto-

res provocans aequa pro sublatione caelibatus sensa enunciavit et metum Ministri exter. negot. fundamento carere adseruit, quoniam major catholicorum numerus in abolitionem caelibatus consentiat. L. B. Blittersdorf reposuit: sit ita, licet, quod tamen non credit, ast etiam minori numero catholicorum libertatem conscientiae competere debere, ideoque se rursum repetere: quaestiones ejusmodi pro consultationibus Curiae haud esse idoneas; oratores id neutiquam scire posse, qua ratione hic dicta a singulis catholicis suscepta sint; ipse quidem, velut individuum et catholicus, libere confitetur, se per ea, quae ab Ablegato Welker audiverat, intime offensum fuisse. — Post aliquot adhuc dicta et responsa, suffragiorum major pars Commissio-
nis propositionem probavit. v. * e W.

V. PP. Capucini in Bavaria.

Periodicum scriptum ecclesiasticum „Si-
on“ Monachio de 29. Jul. haec refert: „Fi-
de dignae relationes adfirmant Majestatem Re-
gem Bavariae praecepisse, ut Ven. PP. Ca-
pucinis hospitium, quod olim in aestiva re-
sidentia r. Nymphenburgi tenuerant, una cum
ejate sacello aulico restituatur. Mandatum
hoc est optimum responsum ad quorundam
comitialium ablegatorum insultus, quibus in
monasteria, in primis ita dictorum mendi-

cantium monachorum invecti sunt. Majestas Rex eos prope ad se admovit, qui advocato Hornthal et aliis contemnendi adeo videbantur. Deus servet Regem!" v. * e W.

Comes Merci d'Argenteau, Prostates olim Regis Hollandiae, nunc ad bavaricam Aulam Nuncius Sedis Apostolicae.

Publicae Paginae nuper vulgarunt a Rege Hollandiae Comitem Merci d'Argenteau, Nuncium Pontificium ad Aulam Bavariae, commendatorem ordinis Leonis bavarici creatum esse. Singularem profecto memoriam meretur — ajunt Paginae commerciales Amstelodamenses — et scitu dignum est, Comitem hunc antea Colonellum Prostaten fuisse Regis nostri, serius autem conditionem suam cum venerabili statu sacerdotali permutasse, in quo ad dignitatem usque Nuncii Sedis Pontificii proiectus est. Cum nuper dierum Hagam Comitum inviseret, a Majestate ad convivium vocatus, Rex benignitatis ei documentum dare volens crucem commendatoris supra dicti ordinis propria manu pectori ejusdem appendit. Comes in Statis Pontificiis indigenatu ornatus est.

v. * e W.

*And. Viszoczky hungarus Missionarius in
America bor.*

Inter missionarios Americae bor. hoc tempore etiam patriota noster invenitur; scilicet And. Viszoczky, natus in Szebes-Olaszi 1796. Studia theologica Viennae in Pazmaneo absolvit; 1812 in dioecesi Scepensi ordines sacros accepit, ubi 12 annos singulari zelo curae animarum intentus fuit. 1833. 29. Maj. Vindobona in dioecesim americanam, Cincinnati compellatam, iter suscepit, et ibi magno cum ardore christianam religionem ab illo tempore propagare conatur.

Ill. Dnus Nic. Wiseman de situ Protestantismi in Anglia.

Teste Diario Romano Nr. 55. Illmus et Rmus Don Nicolaus Wiseman, Rector Collegii Anglicani, Consultor Sacrae Congregationis Indicis, et in Archigymnasio romano Professor linguae hebraicae, die 15. præteriti mensis Junii in caetu Academiae religionis catholicae praelegit momentosissimam dissertationem de actuali Protestantismi situ in Anglia, ac de illa necessitate, quam ipse protestantismus persentiscit, atque agnoscit admittendi supremam, eamque ab omni errore immunem authoritatem in negotio Religionis, ac fidei. Orator eruditissimus, et pugil exercitatissimus, qui jam saepenumero

materiam hanc tractavit feliciter, ostendit, catholicismo id esse proprium, ut semper cohaereat sibi met ipsi; et id quidem ea de causa, quia unum habet fundamentum, super quo fidem suam defigat, unam eandemque doctrinam, quam fidelibus suis proponit; una eademque principia fidei, quae semper et ubique stabilita conservat. Restinxit dein dissertationem unice ad Magnam Britanniam; in qua primi reformatores e motivo politico stabiliverunt formam hierarchiae ecclesiasticae, multos plene catholicos retinuerunt ritus; attamen subsequis temporibus persaepe agnoverunt Angli necessitatem supremae authoritatis in negotio fidei; nostro autem aevo necessitas haec, invitis licet illis elucessit evidentissime in eorum operibus et societatibus religiosis. Atque in hoc arguento diffudit semet orator, selectissima proferens testimonia, ex Anglorum universitatibus, scriptoribus, doctoribus. Non dubitamus, quin proxime tota haec dissertatione per typos in lucem publicam sit proditura, et lectorum animis non minus satis factura, ac satisfecit animis auditorum. Honorarunt frequentissimum illius diei coetum Eminentissimi Cardinales: Giustiniani, Sala, Castracane; praeterea numerosissimi Praelati, alliique indigenae et exteri.

s. Ill. c. Ep. A. J-y.

BESZÉLGETÉS.

Sátán, Napoleon, Francziák
nagy számmal. *)

Sátán. Lassan! lassan! ne olly sokan, 's csoportosan egyszerre. — Mi a' lánczos! ti itt ezrenként hulltok alá: de ne aggódjatok az elférésről; leszsz helye valamennyiteknek. Van e úti leveletek?

Egy Franczia. Csak késérő levél vagyon velünk. Nem volt idő rendes és szabályos alakba önteni az útra szabadító írást.

Sát. Semmit sem tesz. Itt, ezen az alvilágban, úgy sincs keletben a' jó rend, és szabályosság. — Honnan jöttök?

Franczia. Francziaországból.

Sát. Igen jó! igen derék! Ez az ország régi hű szövetségenben áll mivelünk. Legkeresztényebbnek neveztetik ugyan; de ha minden keresztények illy fajuk volnának' nem igen aggódtatna minket a' keresztény religio. Adjátok elé leveleteket.

Fran. Itt van - - - Jaj! jaj! jaj! —

Sátán. No, mi baj?

Fran. Megégettem újaimat.

Sát. Eh, ez semmit sem tesz; csak izadtak egykicsinyt a' kezeim. — A' buta ifjúság, nagy öröömükre, mesének, költeménynek tart minden, a' mit hirdetnek a' papok: de

*) NB. 1831-iki jelenet.

majd meglátják, mi a' pokol, 's mint mennek itt a' dolgok. — Ki tette fel az írást?

Fran. Maga a' Szabadság.

Sát. Annál jobb. Ó a' mi legkedvesebb, leghívebb barátunk. Máskor a' fősvénység, a' tékozlás, és egyéb különféle halálos bünnök szédtek, 's szereztek számunkra nagy készséggel ujonczokat; most már nem szükséges annyi segédes szolgákkal szövetkeznünk. A' szabadság valamennyi helyett maga elég: derék egy ficskó ez; munkás, serény, 's mindenben ezermester. Az egész ördögtanyának, 's családnak áldása szálljon rád, te kedves hasonmásunk, drága szép szabadság; — Olvassa valamellyitek levélét, mert szemüvegem most nincs kezemnél.

Fran. „Felete szeretett, 's nagy hatalmú Uram, Sátán! Végre szétszaggattam „lánczaimat; a' restauratio füstbe ment; a' „Bourbonok vakbuzgósága törvényesrűségét „bőrzsákba kötvén, idegenbe költözött alamizsnával tengetni életét. Én vagyok most „franciaországban a' parancsoló, és szokásom szerint szétlehelem innen mirígyemet a' „földnek minden részeire. Nem sokára nagy „dolgokat fogsz felőlem hallani, 's tudom, „nem leszsz panaszod ellenem. Addig is jövendő munkásságom zálogaúl néhány ezer „francziát lódítok most le hozzád; bánj jól „velek, 's egyebeknél pörköld öket erősebben, mint új sarjadékimnak zsenge gyümölcsait, 's derék hőseit a' három dicső

„napnak. Maradj azonban, drága atyám,
„és Uram, állandó izmos épségben, és egész-
„ségeben.“

Sát. Ne kételkedjetek, különös figye-
lemmel leszek irántatok, 's érdemetek sze-
rint intézéndem veletek bánásomat. Tűz
láng hordta! Hát így folynak a' dolgok az
én kedves franczkóimnál! De miben áll tu-
lajdonképen ez az egész zavargás, és bonyo-
lodás? mint folytak, 's forrtak le ott a' di-
cső napok?

Fran. Mit? 's te nem tudsz erről?

Sát. Lássátok, barátim, nekem ugyan
hatott le fülembe tőletek valamelly őrültös
zúgásbúgás; de mivel tudom, mint szoktak
nálatok közönségesen végződni a' dolgok,
szaporán csak ahoz láttam, hogy alkalmás
lakokat készíttsek itt számatokra 's nem is
gondoskodtam bővebb tudositásokról.

Fran. Tizedik Károlyt leváltuk széké-
ről, 's minden családostól számkiüztük.

Sát. Ez tetszik nekem. Ó alatta nem
is akart már a' nép velünk tartani. Igen jól
tettétek, hogy fordítottatok rajta: de még
jobb mod is volt a' számkiüzés helyett.

Fran. Így legalább a' kimélet színe van
megmentve.

Sát. Hagyján, hagyján; úgy sem sok
sekszik ebben: ha el nem öltétek Károlyt,
megeshetik még, hogy mást fogtok legyil-
kolni.

Fran. Mit szül a' jövendő, nem tud-

hatjuk. — Hanem, hogy ne selejtsük, mi Napoleon császárnak kivánnók, ha lehet, udvarlásunkat megtenni.

Sát. Lehet, 's ne kételkedjetek, ō kevés pillantatok alatt bizonyosan itt terem; mert mindenkor szapora léptekkel siet megjelenni, mihelyt valamelly franciazsírpörknak szagát érzi. — Ime, itt is van már.

Fran. Felséges úr!

Napoleon. Jó reggelt! — Hogy mennek a' dolgok franciaországban?

Fran. Megint egy új revolutiot indítottunk. Tizedik Károly székéről le van üzve, 's helyette most Filep-Lajos ül a' trónon.

Napol. Golyhók! ha kellett valakinek királykodni nálatok, ez a' tietek valamennyi között a' legjobbak volt.

Fran. De tizedik Károly a' chartát megsértette.

Napol. Azt nem hiszem. Egyébiránt a' király ura a' chartának, 's minden másnak.

Fran. Ezek a' zsarnokság' szavai.

Napol. Épen nem; a' kényszerítő szükség' szavai ezek inkább, melly minden királyokon, és országokon uralkodik. A' seborvosnak abban áll kötelessége, hogy betegét meggyógyítsa, 's azért, mikor úgy hozza a' szükség, vagy kezét metszi el, vagy lábat vágja. Szintúgy kötelessége a' királynak is jól kormányozni népét, 's ezen kötelesség' ellenében minden charta hiú porszem, 's enyésző füst.

Fran. Úgy a' szavátálló hüség — —

Napol. Ez kölcsönös, vagy épen semmi. Mindegyre megszegik a' népek hüségokeit, öszszeesküsznek fejedelmök ellen, vesztére törnek, és még is a' királyok kötve, bilincselve maradjanak egy papírosrongy mellett? merő eszelőség.

Fran. De még is senkinek sem szabad felbontani a' szerződést, megszegni az alkukötést; a' charta pedig illyen szerződés volt, mellyet a' Bourbonoknak fenn kellett francziaországbán tartani.

Napol. Nem igaz: a' charta ajándék volt, nem szerződés. Hol egyesítette magát francziaország, hogy alkura, egyezésre lépjen királyjával? 's a' franczia nép hasonló viszonyban a' chartához mit igért, vagy kötött le a' maga részéről királyjának?

Fran. Hüséget, engedelmességet.

Napol. Koránt sem. A' francziák minden charta nélkül is tartoztak a' Bourbonoknak hüséggel, engedelmességgel, 's épen ezért a' charta nem szerződés, nem alkukötés, hanem tizennyolczadik Lajos' ajándéka.

Fran. Legalább semmi esetben sem veheti viszsa valaki ajándékát.

Napol. Sőt igen is viszszavetheti, ha háladatlansággal fizet az érte, kire ruháztatott, és ha kárára válik mindeniknek. Ha megdühödik valaki, el kell a' fegyvert szedni tőle mellyet ajándékúl kapott.

Fran. De tizedik Károly esküvéssel fogadta a' charta' megtartását.

Napol. Semmirevalók! ti nem tudjátok, kinek nevére esküsztök, és az eskü szent ségére hivatkoztok. Az esküvés soha sem kötelezhet gonoszságra; gonosz igazságtalan ság lett volna pedig, nyúgottan, 's öszsze tett kezekkel nézni franciaország lángbaborulását, hogy némelly keveseknek romlott, 's romlással senyegető szelleme pártfogoltassék, gyámoltassék.

Fran. Mi felségedben a' Bourbonok ellenségét véltük szemlélni, azonban ügyök védőjét találjuk most.

Napol. Balgatagok! én csak magamat szerettem; de nem gyülöltem a' Bourbonokat. Egyet közülök megölettem a' kormány rendszer kivántára; de kész valék valamennyit rakásra öletni, sőt a' világnak minden fejedelmeit vágószékre hurczoltatni, ha az ő veszteket ön érdekem parancsolja. De én nem gyülöltem őket. Az én szívem sem szeretetet nem ismert, sem gyülölséget. Bennem merő gőg lehelt csak, és nagyra vágyás; ezzel megrendítettem, 's feldültam Európát, és a' francia nőket majd mind özvegyekké tettek. Én voltam franciaországnak valódi zsarnoka, nem tizedik Károly, ez a' hatvan kilencz törvényszeres királyoknak törvény szeres örököse. Engem, nem őt, kell vala leveernetek a' királyi székről, ha ollyan meré-

szek lettetek volna, millyen balgatagok, és hütelenek vagytok.

Fran. Felséges! nem hittük, hogy felséged nagy Lajos' ágyában halt volna meg.

Napol. Gyáva lelek! Az Ég' haragja, és a' szövetségesek' fegyvere hajtott ki engem francziaországból, nem a' francziák' boszúja, és merészsege. Én úgy használtalak titeket eszközül a' világ' ostromozására, mint Sámson a' szamárállcsontot a' filisztéusok' megverésére; én kétségebesésig buktattam le honotokat; én elfecsérlettem gazdagágitokat; én kipazarlottam véreteket, gúnyoltam jajgatástokat, és ti még lábaim porát is csókoltatók; egy tekintetemre csontig velőig reszkettetek, 's elég nevem' puszta hangja mind eddig is, hogy remegjetek. Most pedig egy szelíd, és kegyes Öregnek ellenében, a' ki olly atyai módon kormányoz titeket, a' kinek semmi sem fekszik inkább szívén, mint az igazságnak, békének, 's szeretett népe' boldogságának kivánata, — ennek ellenében erős hősöknek, makacs követelőknek, és papiros jogaitok mellett tüzes buzgolkodóknak mutatkoztok. De ha az Örökkévalónak átka egy második Napoleont engedne még támadni közöttetek, csakhamar ujra türelmes, szenvedékeny baromnyájjá juhászodnék az egész ország, és a' francziák úgy meglapulnának, mint az ércz a' pénzverőben, és a' bömbölő éh ágyúknak szelíd eledelőkké változnának.

Fran. Felséges úr! mikor felséged franciaik' császárja volt, illy keserű csipős beszéd soha sem ömlött ajakiról.

Napol. Koszlobárok! Én mindenkor megvetettelek titeket, a' nélkül, hogy tette-tésre alacsonyultam volna. Úgy van; mikor ti leborúlva feküttetek lábaimnál, észrevehetétek ajakimon a' gúnymosolyt, ha lett volna bátorságok pillájítokat csak egyszer is arczáamra felemelni. De a' rabszolga nem mer urának szemébe tekinteni, 's francia-ország csak törvényszeres királyainak tévedései ellen tud gőgös, daczos, engesztelhetetlen lenni.

Fran. Felségedben, ki minket dicsősséggel fedezett, elnézhettünk holmit: de nem türhetjük, hogy constitutionkat egy erőtelen Öreg sérte, 's jogainkat büntetlenül tapodja lábaival.

Napol. Hazudtok. Tizedik Károly franciaország' constitutióját soha sem sérte meg.

Fran. Csak imént szóllot maga felséged tévedésekrol.

Napol. Tévedni, örökségében van az embernemnek: de a' tévedést nem kell felcserélve árulásnak, hitszegésnek keresztelní. Azt nem tudom, ha királytok' kormányrend-szere ejtett-e hibát valamiben; de arról meg vagyok győződve, hogy tizedik Károly tizennyol-czadik Lajos' constitutióját nem szegte meg.

Fran. Felséged éltében mindenkor

megszegője volt a' törvényeknek, és törvényses igazaknak; ki adta most azt a' bőlcsességet, hogy a' népek' igazairól, vitáiról ítéletet hozzon?

N a p o l. A' halál. A' felső világban kelettel nyugatig, éjszaktól délig semmit nem láttam, nem vettet figyelemre, csak egyedül egy magamat: de megválva a' földtől, akárhova jusson valaki, látja az igazat — Hanem mutassátok nekem elé azt a' czudat chartát, 's mondjátok meg nekem, melyik czikkelyét sértette meg ennek a' ti királyotok?

F r a n. Tizedik Károly a' sajtószabadságot semmivé tenni törekedett a' nyolczadik czikk' ellenére.

N a p o l. Hazugság. Ez a' czikkely szabadságot enged a' francziáknak, balgatagságaikat, elvetemült istentelenségeiket közre bocsátani: de viszont kötelesek ők ezen oktalan és szerencsétlen szabadságnak bizonyos túlságai, 's visszaélései ellen felállított törvényekhez alkalmazkodni. Már, tizedik Károly rendelete nem törlötte el a' sajtószabadságot, hanem csak a' zabolatlanságot igyekezett korlátozni, 's elejét venni a' terülő méregnek, és a' sziszegve harapozó szuroklának, melly egész világot gyúladással senyegette.

F r a n. Zsarnokuralkodásra is erőködött Károly, 's el akarta nyomni a' nemzeti képviselést, midőn a' követek' kamráját eloszlatta.

Napol. Az ötvenedik czikkely szerint hatalma volt erre.

Fran. Igen; de ő már három holnap-pal az előtt korábban feloszlatott egy más kamarát.

Napol. A' charta nem szorította meg a' király akaratját, minden nyiszor eloszlatni, valahányszor tetszik neki.

Fran. Úgy de ő eloszlatta ezt még az első ülés előtt.

Napol. Mutassatok nekem olly tör-vényczikkelyt, melly tiltotta ezt neki.

Fran. Illyen tilalom nincs ugyan szó-val kifejezve, de önként érteti ezt maga az ép emberi ész: mert ha a' charta hatalmat adna a' királynak egyik kamarát a' másik után szétküldeni a' nélkül, hogy a' követek csak szóhoz is juthatnának, akkor a' királyi zsarnokságot pártolná a' nép' jogainak ron-tásával, és így a' constitutio maga magát ten-né semmivé.

Napol. Mondjátok inkább, hogy a' constitutio, mikor illyen just enged a' királynak, törvényes erőt nyújt neki egy, az ország' czélirányos kormányozásával meg nem férhető, 's merő szilaj, vakmerő, lázító tagokból alakult követkamrának elnyomására. Épen azért, mivel kinyilvánult, 's bizonyo-san tudva volt, hogy az első kamara' követei törtek a' királyra, ez, hogy gonosz szándékú ellenkezőjítől szabaduljon, eloszlatta őket. — Ugyanezeket ujra valasztani, világos el-

lenczimbora volt, és öklös vakmerőség. Ezen felül az elbocsátottak' új megválasztása egészen ellenkezett a' constitutio' szellemével, minthogy épen azért adott a' charta ezen eloszlásra hatalmat a' királynak, hogy az eloszlott helyébe más követkamara álljon össze, nem az előbbeni, melly újra selléptével annál kevélyebb, 's makacsabb ellentörekvésű lenne. A' ki egyszer a' józan és ép emberi észre hivatkozik valamelly törvényczik-kely' magyarázásában, annak el kell azt a- lapul fogadni a' többire nézve is mindenütt.

Fran. Károlynak szorosan, 's betü szerint véve kellett volna a' chartát megtartani, nem pedig önkényüleg magyarázni, a' mire nem volt joga.

Napol. Francziaországnak is szintazon módon meg kellett volna azt tartani, 's nem volt jussa, a' királynak azon meghagyott joga ellen, hogy tetszése szerint eloszlathassa a' kamrát, feltámadni.

Fran. Igen szembetűnő, hogy itt hézag van a' chartában, melly kiegészítést kíván.

Napol. Meglehet; de a' hézagot kitöltő potlás a' királyt illeti, a'ki adta a'chartát; addig is pedig köteles volt az ország magát úgy szabni ahoz, mint királya' önkéntes nagylelkúségből nyerte.

Fran. E' szerint a' királynak is meg kellett volna úgy tartani a' kamrát, a' mint azt neki az ország adta.

Napol. Azt tenni nem volt köteles, minthogy jussa volt eloszlátni: de nem is tehette nagy megrázkódás, és magának franciaországnak veszélyeztetésé nélkül. – Nem azt a' céltzást árulta e el a' kamra, hogy a' királyt megigázza? Nem sürgette e szemtelen vakmerőséggel a' ministerek' elbocsátatását, kik a' királyhoz híven ragaszkodtak? Nem tagadott volna e meg a' királynak minden adót, ha ez engedelmesen alája nem simül az ō senzö hatalmának?

Fran. A' negyvenhetedik czikkely ki-kötötte a' kamarának azon jogát, mellynél fogva megrendelheti az adót, vagy meg is tagadhatja.

Napol. Úgy van: de a' kormány pénz, és jól rendezett országos jövedelem nélkül egy napig sem állhat lábán, és minden adót megtagadható hatalmat engedni a' kamarának, annyi volt, mint arra szabadítani azt, hogy mikor tetszik, rontsa le a' trónust, forgassa fel, és tegye semmivé az egész fejedelemséget. Azért teljességgel szükséges volt ezt a' negyvenhetedik czikkelyt megváltoztatni, 's addig, míg ez nem történik, nem volt szabad változtatni, igazítani azt a' királyi jogot is, melly szerint ō a' kamarát, mikor, és mikép jónak látja, eloszlathassa.

Fran. Már akármint legyen a' dolog a' kamara' eloszlatásával: de a' harmadik királyi rendelet nyilvánságosan megsértette a' chartát, midön a' követek' választásáról

szóló törvényt valódi zsarnok hatalommal elrontotta, 's csupa önkényű parancsolattal váltotta fel.

N a p o l. Az ismét nem igaz, hogy ez a' rendelet a' választási törvényt lerontotta; csak módosította azt némelly az ország' békességére, 's bátorságára célező rendszabályokkal a' nélkül, hogy a' charta által megállított feltételek közül csak egyet is megsérte volna; ennyit pedig szabadon lehetett; mert erre fel volt a' király hatalmazva a' tizenegyedik czikkely által, 's ezen hatálmat már gyakarolta is más alkalommal minden panasz, vagy ellenmondás nélkül.

F r a n. Épen ezzel a' tizenegyedik czikkellyel élt viszsza a' király, 's e' miatt meg is kellett azt változtatni, és szorítani az új chartában.

N a p o l. Jól van; de már csak ez által is elismerték revolutiotok' vakmerő gónoszságát. Ha tizennyolczadik Lajos' chartája nem ruházta fel a' királyt ezzel a' hatalommal, akkor mi szükség volt Filep' chartájából kihagyni, eltörleni? sőt inkább épen meg kellett válna azt tartani ott, mint tizedik Károly' hitszegésének örök tanúbizonyságát.

F r a n. Ez a' czikkely csak azért változtatott meg, hogy elmellőztessék minden lehetséges kétértelműség, 's ne maradjon fenn többé az önkényes magyarázáatra semmi nyílás.

N a p o l. Legalább hát homályos, és kétes értelmű volt az még is, és tí illyennek lenni azt az egész utókorra nézve nyilván elismertétek hirtelenített hebehurgya változtatások által. Úgy de a' király ajándéka volt a' charta; a' benne foglalt törvényczikkeliek vagy nem szenevédtek semmi magyarázást, vagy csak a' király magyarázhatta azokat, mint a kitől vette a' charta eredetét, 's ennél fogva adott ő olyan magyarázatot a' charta homályosságának, a' millyent franciaország nyugodalma jóval, és biztosléte kivánt. Ti pedig mit tettetek? Leüztétek székéről a' királyt; ministereit hitszegés-sel, chartasértéssel, hazaárulással vádoltátok, kárhoztattátok, büntöttétek; azután ezt a' királyra 's minsterekre kent, és költött vét-ket ismét magatok letörlöttétek, és semmivé tettétek, midőn az egész világ előtt azt nyilatkoztattátok, hogy a' charta homályos volt, 's alkalmat szolgáltatott különféle magyarázatokra. Látjátok ebből, melly szépen egyez maga magával revolutiotok! melly ép és tiszta elméből villantak elé a' dicső napok! —

F r a n. De felség! — —

N a p o l. Hallgássatok erőtelén gyávák! érjétek beazzal, hogy szeles emberek vagytok, kik okos embereket illető dicsőségre nem ásítozhattok.

F r a n. Látjuk, hogy felséged minden-kor, és mindenütt ugyan azon régi Nap-

leon, mindenkor pusztító ellensége a' nép' jogainak, és sovár kedveléője az önkényű vashatalomnak.

N a p o l. Ti pedig, francziák, kik szüntelen viszszaéltek a' szabadsággal, 's királyaitok vérében feresztitek kezeiteket, minden időben a' legfényesebb igazlójí maradtok a' zsarnok hatalomnak.

S á t á n. Derekanan, legények, derekanan! ez igen tetszik nekem. — A' ki nem tanult egy szempillantatig is békében élni a' felvilágon, itt ezen ördöghonban neménylej feltalálhatni a' békeséget. Menjetek már, és foglaljátok el a' számatokra kirendelt lakhelyeket, és kezdjétek éldelni az új vidék' kéjjeit, de a' mi egykevessé sokáig fog tartani.

Impopulatio Neapolis 1836.

Paginae „Giornale delle due Sicilie“ hunc dant conspectum statisticarum Neapolitanae mutationum, quae 1836. interveniebant: Metropolis haec 1. Jan. 1836. censuit 357.283, et 1. Jan. 1837: 351.719 incolas, et quidem 163.963 masculini, et 187.756 foeminini sexus; differentia itaque 5564 defectus adfuit. Nati eodem anno 13.593, mortui 19.167, e quibus 5297 grassante tum morbo cholera absunti fuere. Notari meretur, inter mortuos sedecim 100-mum aetatis annum superasse.

v. * e W.

Incolae europaei in Africa gallica.

Die 31. Martii a. c. numerus incolarum europaeorum, in africano Galliae territorio sedes fixas habentium, 15.128 effecit, ex his 8068 mares, 3130 alterius sexus et 3930 infantes. Incrementum per tres praecedentes menses accessit 567, scilicet: 315 Algeriae, 68 Orani, 164 Bonae et 20 Bugiae.

*v. * e W.*

Census populi Parisiis.

E memorabili dissertatione Praefecti Cottus Sequanae in conventu notabiliorum mercatorum 7. Aug., eligendorum tribunalis mercantilis membrorum causa habita patet numerum incolarum Parisiensium sub fine anni superioris 909.126 effecisse. Singulare est numerum indigenae impopulationis inde ab ultimo populi censu 18711 animabus defecisse, contra vero numerum fabricantium continuo incrementum capere. Consumtio per tres ultimos anni 1836 menses 913.692 fr. effecit. Anno eodem 350 domus mercatoria fortunis lapsae sunt:

*v. * e W.*

Die 10-ma Aug. Excellentissimus Patriarcha Archi-Episcopus Agriensis Lad. Pyrker Monachium adpulit.

Solutio Anagrammatis et Logogryphi in N. 10:
Anonymus. Victoria.

16-1176.212

Victoria, Regina Angliae, et ejus comitia.

Inter complures illos eventus, qui singulari prorsus ratione ad confirmandam revolutionariae factionis potentiam absque omni hujus ipsius opera plurimum contulerunt, referenda verisimiliter erit etiam Regiae Victoriae in solium Angliae successio. Licet enim Anglia jam olim graves inter factionum luctas, et epochis, gloria illustratis, per Reginas recta fuerit, haud tamen contemnendam incutere videtur sollicitudinem id, quod hoc prorsus tempore, dum revolutio in hoc regno adversus monarchiam et in genere adversus superiores potestates armatur, et impetus suos facit, Princeps juvenis octodecim annorum vocata sit fundamenta juris, ac ordinis contra potentiam tenebrarum defensum.

Proximus mutati hujus regiminis effectus fuit Comitorum (inde a tempore reformationis eorundem jam altera vice convocatorum) dissolutio et novorum electio secundum praecelta actus illius (Legis reformationis), qui perinde praedominantem in Regiae collocationem partesque exeret effectum. Lex illa systema repraesentationis in Anglia revera et cum veritate oculis sistere debuisse. At negamus hoc ipsi successisse; vera enim populi cujusdam repraesentatio ex essentialiter praexistentibus juris apud eum

organisationibus enasci et consurgere debet. Organisationes hae in Anglia sunt singularia dominia, respublicae, corporationes etc. et antiqua ratio comitiorum membra legendi — vel per terrarum in Comitatibus possessores, vel per membra dominantium corporationum in locis (boroughs) jure publico civili gaudentibus, vel etiam per unum potentem dominum, si urbs reipsa ab eodem dependebat, — erat ratio, etiam si multa in ea senio confecta visa fuerint, semper adhuc magis idonea veros anglici populi repraesentantes erudiendi, quam vero novus electionis inde a reformatione modus, qui in solo censu fundatur. Curia ideo solum, quia minus, quam unquam alias, e veris anglici populi repraesentantibus conflata est, in periculosam cum proceribus incidit oppositionem, regemque impedivit a legendis libero arbitrio ministris, et clamor super intervenientibus in electione ablegatorum corruptionibus, ac de incusso metu longe nunc crebrior est, quam antea.

Perspicuum est, corruptiones et terribilitates frequentiores occurrere debere, si ad electionem ablegatorum comitalium homines admittantur, qui paupertate sua, industrialis vitae ratione, aut culturae gradu ab aliis dependent; nec minus est evidens, independentes duntaxat homines eligendo repraesentantes pares esse, quoniam eorum

duntaxat potissimum et immediate ratio communium regni negotiorum interest.

Reformatio vero legi reformationis ideo etiam ibi, ubi ejusdem necessitatem adfuisse nulli inficiamur, male adeo successit, quia illam inde a summo, non autem ab ipso, i. e. quin securum prius jactum fuisse fundamentum, orsa est. Si e. g. inconveniens fuerat, quod concedere volumus, quod loca ampla et frequentia, qualia Machestria, Birmingham, Leed etc. nullos ad comitia prius miserint ablegatos: hujus rei interim causā in eo latuit, quod jure publico civili destituta fuerint, et ideo reformatio a collatione hujus juris publici civilis inchoanda erat, non vero a collatione juris electoralis, quod ex illo primum sequitur. — Si liberalibus malum videbatur, quod quidem nos negandum esse censemus *), quod multi homines jure electionis caruerint, ante omnia his, praetensive et ad speciem infelibus, independentia procuranda fuisse. Atqui hoc jure electionis collato non obtinetur, sed data potentia, i. e. attributis opibus, sapientia, iudicio etc., jam vero ex hoc principio jus electionis non ut extendendum, sed

*) Nos scilicet dependentiam unius hominis ab altero in se adhuc pro malo non habemus, immo saepe beneficium esse putamus, seu, quemadmodum auctor quidam profundi iudicij ait, exordium verae libertatis ex adverso vagae, nomadicae aut proscriptorum libertatis;

ex parte potius coarctandum foret, corruptioni autem sic via prorsus obstrueretur.

Attacta in moderna comitiorum compositione incommoda illum etiam habuerunt effectum, ut negotia leviter ac perperam perfecta sint, ita quidem, ut viri celeberrimi quarumvis factionum, quales sunt Lord Lyndhurst, Brougham et Denman e. g. de facta inferioris curiae quoad mutationem codicis criminalis propositione, unam eandemque minime saventem depromiserint sententiam. Veterani duntaxat Ablegati aliquantum adhuc totius corporis sustentarunt dignitatem, at hi etiam nonnisi partem rogationum insulsarum, quae ingente, antea inaudita, copia proferebantur, arcere poterant, quo minus maxima cum temporis jactura in consultationem sumtae fuerint.

Futura factionum in comitiis, nova electione conflandis, quae juvenem Reginam in gravi ejusdem vocatione consiliis atque opera sublevandam haberent, ratio e paginis publicis, sibi plurimum de eventu electiōnum contradictientibus, erui adhuc certo nequit. Analogiae, e novissimis comitiis desumptae, certiorem fors proportionis regulam subministrare possent. In iis quippe tres aderant factio[n]es:

1) Conservatorum, qui jus antiquum et constitutionem veterem cum Rege, Opti-

matibus et curia Ablegatorum, in ecclesia et civitate retinere volunt.

2) Radicalium, qui monarchiae, curiae optimatum et Ecclesiae eversionem in consilio habent, satisque clare profitentur, reformationem, emancipationem, etc. fuisse tantum media ad scopum.

3) Factio Whig seu ministris modernis addicta, quae reformationibus, ac in genere indulgentia et concessionibus constitutionem quidem salvare cuperet, non tamen perspicit, hoc fieri non posse, postquam fundamenta ejus succussa et immutata fuerint, et quod hac via, etiamsi optimus supponatur eventus, umbra solum antiquae Angliae superstes mansura sit, quae etiam prima data opportunitate collabi debeat.

In primis reformatiis comitiis factio Whig - Ministerialis — aut si praeplacet, factio ita dicta Justi medii, quoniam reformatio eidem in acceptis debetur, — firmior fuerat, quam in novissimis; in his conservativi partim felici electione, at magis adhuc quorumdam, uti Dnorum Stanley et James Graham, qui ulteriori revolutionis propagationi obstiterant, a factione Whig ad suam transgressu viribus increverunt, ast una etiam radicales numero aucti sunt.

In quanam ratione vires factionum in novissimis comitiis ad se invicem habuerint, haec suffragiorum, in praecipuis deliberationum capitibus latorum, combinatio docet:

1) Super quaestione quoad relationes hispanicas Ministri habebant suffragia;	
Conservativi , , ,	278 242
Itaque illi plura suffragia:	36
2) Ex adverso in quaestione de ferendis clam suffragiis, dum quippe Ministri cum conservativis consenserunt,	
Ministri , , ,	265
Radicales autem suffragia habebant:	156
Pluralitas suffragiorum pro Ministris:	112
Evidens est, Ministros in casu primo absque radicalium 152, et in secundo abs Conservatorum 242 auxiliantibus suffragiis evidenter minori suffragiorum numero succubituros fuisse,	
3) De tributo ecclesiastico, obtutu cuius Conservativi adversus Ministros suffragia dabant, ratio factionum haec fuit:	
Ministri habebant suffragia:	287
Conservativi , , ,	282
Major pro Ministris numerus:	5
4) Contra in quaestione de excludendis e curia superiore Episcopis, respectu cuius Conservativi cum Ministris concordes fuere,	

Ministri habebant suffragia :	197
Radicales autem . . .	<u>92</u>

Superarunt Ministri suffragiis : 105

5) Sic etiam in quaestione de abo-
lenda poena corporis in exercitu :

Ministri obtainuerunt suffragia:	167
Radicales autem . . .	<u>72</u>

Major numerus pro Ministris: 95

Numeri hi docent :

1) E tribus factionibus fortissimam es-
se Conservatorum , unitis tamen Minister-
ialium et Radicalium viribus nondum pa-
rem.

2) Ministros in foedere cum radicali-
bus exigua pluralitate, cum conservativis au-
tem juctos multo majori numero triumpha-
re, in munere vero consistere nonnisi nu-
tando inter ambas factiones posse.

3) Ambas factiones, Radicalium et Con-
servatorum, Ministros praecipitare et ex-
auctorare ideo solummodo respuisse , quia
singulatim debiles semet senserant unitis
factionis Whig cum suis inimicis viribus re-
sistendo.

Utinam Ministri perpenderent, quam
grave ipsis onus responsionis incumbat, si
tenera et inexperta imperantis suae juventu-
te abutentes, sanctissima coronae unitorum
regnorum jura agitatoribus atque revolutio-
nis asseclis immolaverint.

*v. * e B. p. W. B.*

Aristocratia Pecuniae.

In opere nuper denuo edito „Correspondance et Relations de J. Fiévé avec Bounaparte, premier Consul et Empereur, pendant onze années (1802—1813)“ — quod verae et practicae sapientiae politicae egregium adeo fontem in se continet, ut ei literatura populorum vix par exhibendo sit — inter alia literae quaedam, ad Bounaparte mense Mayo 1804 datae, continentur, quae haec habent: „Verbo, etiam constitutio formae anglicanae suas requirit conditiones ac hypotheses, e quibus in Gallia nec una quidem praesto est; illi ipsi, qui de eadem somniant, si introducendam in mandatis acciperent, in maximam se conjectos viderent perplexitatem. Ea extremam absque dubio democratistarum spem efficit, et fortasse magis adhuc numulariorum (hominum financiae) quorum infensus et sinister hoc tempore animus singulare epochae nostrae phaenomenon est. — Mirum profecto videri posset, me hic homines auri memorare, at vero classis haec ad tribum civium haud spectat, sed mobilium divitiarum aristocratiam constituit, sicut magni olim coronae vasalli fundorum seu terrestrium possessionum aristocratiam efformabant. Capitalistae, argentarii, negotiatores, auri argenteique homines, speculantes etc. communiter propria sibi vanitate imbuti sunt, quapropter discrimina dignitatum (no-

bilitatis) aegerrimo ferunt animo adiunctque. In hocce habet primitivus revolutionis spiritus sedem suam, quam etiam retinebit, cum sit aliquid cui inuitatur. — Quoniam homines hi omnia luxus, auctoritatis, et clientelae emolumenta tenent, et quia emolumenta haec sub regimine, quod ad democraticum magis accedit, minus constringi videantur, ideo institutiones quaeque politicae his hominibus invisae sunt, per quas alios sibi praefici, conferrique iis titulos vident, qui adhuc in opinione publica vigore pollent. — Nunquam obliviscar id, quod mihi tempore creati ordinis legionis honoris in colloquio locuples (capitalista) quidam geniali non secus candore ac sale dixerat: „„Et nos tum nihil nisi cives futuri?““ Hic illo tempore tamquam orator totius caetus considerari potuit, cujus sensa cum omni ingenuitate depromsit. — Et re ipsa magnis aliquot nominibus exceptis, quorum memoria sicut nomina regum, et quidem eadem de causa conservatur, — homo magnarum opum, qui sibi auctoritatem sumere novit, vitamque magnificam agit, nequit pati civilis societas hierarchiam, se inter tales, qui nihil habent, collocantem. Hic si ingenio aliquantulo praeditus sit, inter se et illos comparationem instituit, quod, si acriori polleret iudicio, intermitteret. — A die illo, a quo philosophia hos pecuniarum homines, invidiā, qua in nobilitatem feruntur, sub spe-

cie contemptus omnium distinctionum celare docuit, nobilitas de sua in republica auctoritate plurimum amisit. Quum haec alioquin jam pridem nihil in civitate fuerat, per id duntaxat semet sustentabat, quod eorum, qui fortunis aucti fuere, invidam in se adhuc erectam teneret. Pecuniosi hi homines tempore directorii triumphum cecinerunt. Quippe Parisiis tum homines tantum aeris locupletes fama et celebritate gaudebant; apud illos solos splendide vivebatur, eorum uxores exemplo morum elegantiorum praiebant, peregrini iisdem commendatorias exhibendas habebant; et si quis peregre proficisceretur ab iis perinde literas fidei et securitatis flagitare debebat. Inde a die 18. mensis brumalis regnum eorum collabefactum, Consulatus, ad dies vitae collatus, eosdem in umbram collocavit. Per formas novas monarchicas adeo se postpositos senserunt, ut deinceps divites tantum homines se futuros praeviderent, atque utut hoc multum nostro seculo esset, tamen id ipsum caussa esse videtur desiderii, ut omnia sit a valeat. Ego ipse fors id vellem, ni compertum haberem, quam foeda inde rerum indoles successu temporis enascatur, si imperiales, tamquam solum et summum rerum omnium resultatum habeantur. — Ex adverso et in gratiam idearum aevi nostri concedo nobilitatem cum paupertate simul non bene cohaerere, sed una nego, opes solas

dignitatem constituere, quum media duntaxat sint."

In hisce animadversionibus sufficiens multiplicis meditationis adest argumentum pro cunctis iis, quibus sensus et intellectus datus est in id, quod nostris temporibus jure merito naturalem civitatum doctrinam compellare placuit. Triginta tres anni sunt evoluti, a quo D. Fiévé commentarios suos scripserat, et quam ingens ab inde pecunia super possessiones terrarum accepit praepodium! Id, quod tum defaecatum non nisi magni nominis scriptoris ingenium, sublimiori quadam politicae divinationis virtute prae sagire potuit, nunc unicuique, cui animus videndi est, palam ac manifeste ante oculos jacet. Hodie jam nemo prudentiorum bani illi oraculo fidem tribuet, ac si revolutio aequalitatem progenuisset, vel saltim statum illum aequalitatis in societate, de quo tantum somniatum est, propius adduxisset. Hoc jam nunc merito chiamaera risu digna habetur. — Omni tempore ii, qui majori pollebant potentia, in inferiores, minus potentes, dominatum atque imperium exercuerunt; inter eos, qui in eadem societate civili convixerunt, semper aderant discrimina. Naturae lex hoc ita exposcit, quae infinite diversam phaenomenorum progignit copiam, et aequabilitatem vita expertem adversatur. Hanc in effectum deducere velle, est proprie revolutionale, non tantum ideo,

quia contra jus , sed quia contra ipsam natu-
ram luctam supponit. — Ideo nec revolutio
alium producere potuit effectum, quam quod
potestatem in alias manus transtulerit. Hoc
solum nec quidquam aliud fuit ejus resulta-
tum. In locum quippe aristocratiae honoris
et existimationis, e possessione fundorum, e
nativitate, historicisque documentis progra-
tae, aristocratiam pecuniae, i. e. metalli vel
chartae substituit, quae respectu inferiorum
eadem, quae prior, jura sibi arrogat, relate
vero ad superiores, et ex adverso monarchiae,
talem proterviam atque insolentiam praese-
fert , qualis in dissolutissimo feudalium civi-
tatum statu vix sibi parem habuerat. At ve-
ro nova haec aristocracia nec jurisjurandi re-
ligione , neque honoris ac fidelitatis traditio-
nibus regum sorti copulata habetur, cum in-
feriori autem classe benignitatis et magnani-
mitatis vinculis haud quaquam, sed egoismi
duntaxat postulatis , quibus amor atque mi-
seratio peregrina sunt, connexa est. Et in
hoc omnis differentia consistit. — Monarchia
europaea cum pura aristocratia auri juncta,
quae ex indole et instinctu proprio omnem
aliam socialem praeter pecuniae distinctio-
nem odio prosequitur, in longius tempus per-
durare nequit.

v. * B. P. W.B.

Méltós. Szalai Báró Barkóczy László úr-nak megyés püspöki hivatalába iktatása.

Sz. Fehér-Vár.

A' püspöki lakból a' nagyszámu papság díszes sorai között tartott a' fényes menet a' székesegyházba; a' honnét lelkes 's vclős beszédek' tartása, 's a' beiktatási szertartás' pontos 's ünnepies teljesítése után hasonló rend-del tért-vissza új fő papunk püspöki lakába. A' fényes beiktatási szertartás reggeli 10 órától délutáni 2 óráig tartott; minden mint-egy 600 személyre négy helyen terített asztaloknál igen gazdag, fényes 's magyar szívvességgel füsszerezett vendégség adatott, mellynél a' szokott nemzeti, sűrű pezsgő pohárköszöntések vidámon folytak; a' helybeli ezredi hangász-kar pedig kellemes mussikával gyönyörködteté a' vígkedvü vendégeket. Este 's egész éjen fényesen volt kivilágítva a' város. Megjelentek ez ünnepies szertartáson a' szomszéd és több távolabbi megyék', 's káptalanok küldöttségein, a' nagy számmal egybegyült megyei papságon kívül névszerént az egyházi rendből; ngymltgú nyitrai megyés püsp. Vurum József ő excja, ki már f. e. aug. 6d. (l. Méhk. 177 l.) teljesíté a' most beiktatott méltós. püspök úr felszentelését; mélt. Ocskay Antal úr, baczi püspök 's helytartói tanácsos; mélt. Tresztyánszky Imre, pharosi püspök 's septemvir; a' világi rendből: Gróf Cziráky Antal, országbiró, aranygyapjas vitéz 'sat. ő excja; Báro Eötvös Ignácz

tárnokmester ő excja; Ürményi Ferencz ő excja; mltgos Marich Dávid István tornai főispán; nagys. Végh Ignácz itélőmester urak.

Tudósítások Győrből.

Jun 29-én volt szerencsénk mélt. Sztankovics János püspök urat, Bécsbe új megtiszteltetési helyére utazta közben kebelünkbe fogadni; kit már elább, midőn váczi nagy-preposttá neveztetnék, egykor kanonok társai és tisztelei magyar búcsuversezettel üdvözölnek. Most főtiszt. Tóth József kanonok és varosi plebános úr saját szállásán gyönyörű hangversennel tisztele a' kedves vendéget, ki maga is nem csak kedvelője, de értője és jeles gyakorlója is a' szívet és leket ragadó muzsikának. Ezt barátsággal füzerezett ozsonna követé; majd kivilágítás felirásokkal tiszteletére udv. tanácsos 's püspök ő mlgának, ki másnap tőlünk érzéken búcsúvételek között Bécsnek folytatá utját. — Mélt. Juránics Ántal k. tanácsos 's szeretett püspökünk végezvén itt az áldozó papokká lett nevendék papok körül főpapi tisztét, püspöki megyéjének Tatai kerületébe ment, hol júl. 31-től aug 4-ig nagy számu sokaságnak atta-fel a' Bérmálás szentségét, 's híveitől mindenütt lelkesedéssel 's a' legnagyobb tisztele' jeleivel fogadtatott. — Akademiánkban a' lefolyt osk. 2-dik félévi próbatételek jún.

21-től szakadatlanul a' mult hónak 28-ig tartattak, mellyeken tanulmányi főigazgató ő nagyságán kívül, nagyontiszt, Kucsera Marián buzgó aligazgató is folyvást jelenvolt. A' köz vizsgálatok után akademiánkban jul. 16-án, a' gymnasiumban pedig aug. 2-án zengedező szokott buzgósaggal a' „Téged Isten dicsérünk“-et főtiszt. Dresemiczer József főigazgató ő nsga. Nem lehet egy úttal hallgatással elmellőznünk e' jeles miveltségü egyházi férfiunak ama nagylelkű adakozását, melly szerént több mint 50 ezer frtot adottki már egyházakra, paplakok 's oskolákra 's más kegyes, és jótékony célokra Pápóczi prépostságában.

H. T.

Imperator Franciscus et Institutor ejus.

Comes Hohenwarth, qui ut Archi-Episcopus Viennensis mortuus est, dum adhuc Canonicus esset, Principem Coronae Franciscum scientias docuit, post absolutos autem institutionum annos Episcopus in Fano S. Hipolyti denominatus est. Franciscus Imperator effigiem Comitis gratae memoriae causa in uno cubilium suorum appendit. Dum Cardinalis Migazzi, A.-Eppus Vienensis decessisset, Hohenwarth ad justa solennia ecclesiastica persolvenda in metropolim venit. Invisendi et homagialis obsequii praestandi gratia accessit Imperatorem, apud quem, conspecta imagine sua, haud parvo peritus

est solatio. Imperator hoc animadvertisit, monstransque effigiem quaerit ex eo: cuius nam crederet esse imaginem? Hohenwarth saviter subridens: „Si non erravero, inquit, Episcopi Fani S. Hipolyti.“ Imperator arrepta manu Comitis, reposuit; „Et tamen errasti; est enim Archi-Episcopi Viennensis.“ Et sic denominationem suam ex ipso fonte intellexit.

v. * e G. B.

Communio antiqua cath. christiana reviviscit.

Archi-Episcopus Parisiensis præcæs publicas instituendas ordinavit, ut Roma etiam hoc anno a morbo cholera immunis servetur.

Sz. Ferencz Szerzetének honi buzgósága.

Pozsony. F. évi augustus hónap' 20-kán, mint nemzetünk' dicső ünnepein, városunkban a' szent ferencziek' templomában az isteni szolgálat, nevezetesen a' szent miséaldozat' bémutatása alatt gyakoroltatni szokott buzgó éneklések, a' naponként szaporodó magyar hiveknek lelkei vigásztalására ismét magyarul kezdettek mondatni, mellyek már több évektől, az éneklők' fogyatkozása miatt, római nyelven énekeltettek. — Jegyzésre melltó, hogy városunkban csak ezen egy templom az, mellyben az említett buzgó szerzetnek ideérkezte óta (1225) mindeddig szakadatlanul magyar nyelven szoktak minden ünnep és vásárnapokon katholikus egyházi beszédeket tartatni.

Relatio Liberalismi ad Christianismum.

Si quis theoriam revolutionum in omni historica earundem evolutione scite ac systematice expendit, et huic studio eam, quam meretur, adattentionem dicavit, non potuit non observasse, recentiorem liberalismum — inde a Julii revolutione — ex adverso christianismi duas diversas instruxisse acies. — Una quippe ejusdem factio, quae in Germania praecipue, et communiter in literatura pulchrarum artium sedem fixit, seque immediata successione adultiori jacobinismo conjunxit, sagaci instincto Christianismum tamquam sibi interna sua indole inimicum et odio dignum considerat, eum itaque impugnare non desinit pro ratione adjunctorum cavillationibus, calumniis, aut etiam vi, aper-toque bello. — Altera liberalismi sectio alienum prorsus a feritate hac praesefert animum. Profundissima et quidem haud sucta, sed quandoque, et in certo sensu sincera veneratione de christianismo loquitur, — respectu tamen Juris, superioris item auctoritatis ac potestatis, tum aliarum socialium inter homines correlationum obtutu praetendit vel 1) quod christianismus perperam fuerit hucusque intellectus, et quod doctrina, quae hoc nomine venire solet, nequam illa vera ac genuina Salvatoris doctrina

na sed supposititia sit, opusque hominum fraude confictum; vel vero 2) adstruit, christianismum nunc in puncto seu cardine transitus ad novam phasis suae explicationem constitui, in qua vigentes hucusque subordinationum, obsequii et proprietatum relationes universalis libertati, aequalitati, et novo privatae ac publicae vitae communio-nis systemati locum cedere debeant; vel de-nique 3) christianismum — agnitis plerum-que absque partium studio, imo cum rever-entia quadam, ejusdem praeteritis de huma-no genere meritis — tamquam diversam di-verso tempore animae seu spiritus mundi manifestationem contemplatur, qui, obtento tandem scopo sibi praefixo, e scena histo-riae orbis recedere debeat, ut nova rerum ac doctrinarum conformatio ei subnascatur et efflorescat. Atque talem nunc epocham ingruere statuunt hujus sectionis asseclae; „cyclus vitae christiana — ut ajunt — con-fectus atque clausus est, novusque deinceps genius novas sibi parabit formas, in quibus humanum genus novam agere vitam voca-tum sit.“

Haec ultima novorum placitorum secta est S. Simonistarum. La Mennais inter primam et alteram nutat, et si consequente i-dearum serie doctrinam suam, quae alioquin in multis et quidem gravioribus capitibus cum S. Simonismo consentit, deduxerit et expli-cuerit, ad hanc, id est tertiam, superius in-

dicatam liberalismi classem sive varietatem pervenire debet. — Omnes tres tamen, ad speciem moderatae liberalismi sectae in eo cum noto antichristiano jacobinismo conveniunt, quod omnes contra Jus bellum gerant, sit hoc demum in campo literario, vel si adjuncta sic ferant, in cruenta martis et armorum alea. — Inter singularia prorsus et maxime notabilia phoenomena in priori, seu in arena literaria, refertur absque dubio La Mennais. Operae pretium esse vindetur, intellectualia systematis ejus filamenta scrutari et retexere, quoniam sistema illud memoratu dignissimum erroris et depravatae christianismi interpretationis documentum praebet, una conatum prodit, inter principia revolutionis et christianismum fusionem quamdam quasi chemica solutione procurandi — quod consilium, seculo hoc et hac ratione susceptum, novum profecto est, cuius praecedentiae seculis decimo quarto, — quinto et decimo sexto quaerendae sunt.

La Mennais consilium hocce in novissimo suo libro: „Affaires de Rome“ aperte et longe acrius, quam plerique sui praecessores, explicuit:

„Quod mutuam inter homines — sunt verba Dni La Mennais — correlationem concernit, doctrina christiana docet, eos coram Deo esse aequales, et quidem jam per ipsam originem et scopum communem. Si natu-

rales quaedam inter eos diversitates adpareant — a quibus universalis progressus ex parte dependet — *nullum tamen discrimen seu jurium, seu obligationum inter ipsos intercedit.* Ac proinde ipsa nativitate sua a se *invicem independentes sunt*, neque eis normam seu cogitatio seu voluntas alterius praestituere potest, sed sola sancta, immutabilis et universalis lex, quae libere in omnes dominari debet. — Et lex haec — quae illud, quod secus libertas dispartiretur, seu quod absque illa lege singulatim et disjunctim sibi soli relictum esset, unit; quaeve singula individua ad communionem reducit, et ex iis unum solum eadem quasi vita animatum ens constituit — in simplici illo et sublimi evangelii effato consistit: **Dilige Deum super omnia et proximum sicut te ipsum.** Deus nempe tamquam fons ac vivum omnis, infinitaeque perfectionis exemplar, amandus profecto est, scopus enim, ut obtineri possit, diligi omnino debet; — sed et proximum, sicut se ipsum, diligere necesse est, quia naturae aequalitas aequalitatem amoris in se complectitur, quia sola amoris aequalitas unionem humani generis progignere ac efficere potest, in qua perpetuus progressus, seu intimior in dies cum infinito omnium entium principio unio obtinetur; et quia unio ista, quae in hac vita incipit, et in altera consummatur, perfectissima Veri ac Boni, seu ipsius Dei possessio est.“

„Ex universali amoris lege duo alia principia promanant, quae cunctas hominum obligationes in se comprehendunt, scilicet: non facere alteri, quod nobis fieri nolumus; et hoc aliis praestare, quod volumus, ut illi nobis faciant. — Primum ex his unum quemque mortalium intra limites jurium suorum continet, ideoque a malo, i. e. violatione jurium alterius arcet, et sic justitiam constituit.— Alterum producit bonum per eorum omnium reciprocam communionem, quae sub illius (i. e. boni) conceptum veniunt, individualitates in unum confundit, quas justitia salvas praestat, et conservat; procuratur vero unio per id, quod unusquisque se alteri libere immolat. Et in hoc consistit proprie charitas christiana, quae nihil aliud est, quam summus, maxime universalis et purissimus, seu nunquam exhaustibilis amor.“

„En christianismum illo, quo nos sumimus, sensu consideratum. Jam si intimam rerum naturam scrutemur, et a potentissimo illo contentionum principio, quo nunc animi mortalium in omni civili societate constanter agitantur ac fervent, tum nutantes cogitationes, fluxasque et vanas opiniones, quae accidentaliter duntaxat se immiscent, separaremus, quid aliud inveniemus, quam ipsum christianismum?— Quod populi desiderant, quod ea cum constantia, quam nihil concutiendo, tanto cum aestu, quem nihil sedando est, exposcunt, quid quaeso, est aliud, quam destructio dominatus

ac potentiae, ut eidem juris atque rationis regimen substituatur? Quid postulant, nisi ut vera et ipso facto agnoscatur, inque effectum deducatur aequalitas socialis, quae nexu indissolibili libertati copulata est, cujusve conditio necessaria, et forma essentialis in constitutione reipublicae *electio* est, primum christianaee communitatis (civitatis) fundamentum.“

„Quid adhuc ultra volunt populi, quid postulant? — Ut multitudinis, quae tanta ubique mala patitur, sors melior reddatur; ut labori leges tutelares praestituantur, unde communium divitiarum aequior distributio enascatur, neve singuli quidam mortales exclusivam pro suo commodo auctoritatem in administratione communium emolumentorum exerceant; ne legislatio, visceribus ac medulla carens — perpetuum refugium privilegiorum, quae sub fucatis denominationibus frustra reconduntur — pauperes undique in aerumnas retrudere valeant; ut fortunae, a coeleste Patre suis liberis destinatae, iisdem pateant, ut fraternitas humana ludicra et vecors denominatio esse desinat. Verbo: populi, excitati per Deum, ut extremum societati humanae hucusque vigenti judicium reddant, eam, ut compareat, in jus evocarunt, et, praeteritorum seculorum reminiscentes, sic eam effati sunt: „,Esurivi, de distine ad manducandum? Sitivi, porrexisti ne ad bibendum? Nudus incessi, cooperustine? derelictus ac infirmus eram, tulistine opem? in carcere delitui, venistine me con-

solatum? ad legem te interrogo: responde! — et societas antiqua (civitates hucusque videntes) obmutuit, nihil enim respondendum habuit; et brachium adversus populos levavit, qui a Deo sunt jussi judicare eam. At vero quid illa potest contra populum ac Deum? In coelis est scripta damnatio ejus, neque illam sangvine, quem exiguo adhuc tempore fundere permissum est, diluet.“

„Non possumus animum reprimere, quin ea, quae hodie ante oculos nostros eveniunt, effectum principii christiani esse agnoscamus, quod, postquam diuturnis temporibus privatae duntaxat et individuali vitae exclusive praefluebat, tandem sub communī magis et perfectiori forma in apertum prōdire, et quasi in socialibus institutionibus carnem induere gestit. En alteram revolutionum phasem, cuius primos tantum hic et nunc partus dolores observamus! — Species quaedam instinctus invincibili ratione populos in hac via propellit, — Quidam homines terrarum potiti, eas in possessionem suam redegerunt, erepta caeteris vel minima communis haereditatis parte, Illi autem, i.e. populi, volunt, ut homines secundum praecepta divina fratrum instar interesse vivant. Pro justitia atque charitate depugnant, pugnant pro doctrina, quam annunciatum Jesus Christus in hunc mundum venerat, et quae eos salvos liberosque praestabit, non obstante orbis universi potentia.“

„Interim populi a Christianismo ubique

secedere velle videntur. Sacerdos in compluribus locis solus manet in templo deserto; institutiones ejus non audiuntur, et verba sterilia sunt. Si potens sit, vel talis habeatur, odium excitat, quia dominatus ejusdem metuitur; si debilis, per catervas multitudinis sub tutamine duntaxat neglectus, indifferentiae atque contemptus salvus adhuc incedit. Censendus ne itaque christianismus curriculum suum vera absolvisse et cum necessitatibus, indole ac propensionibus naturae humanae in consensu seu harmonia esse desiisse? Nolite credere! Id enim, quod repudiatur, verus christianismus non est, sed nescio quod arctum et materiale sistema, nomen ejus usurpans ac decorans. Hoc, quod emoritur, non est arbor divina, sed aridus, quo ea obducebatur, cortex."

Nescimus, an doctrinae huic datum sit islamismum 19-i seculi constituere; quod tamen certo nobis constat, illud est, quod in ea feracissima revolutionum semina contineantur, quae, si unquam e regno cogitationum in facta transierint, eorum respectu cuncta, quae praeteritae generationes horrenda viderunt et expertae sunt, placida tenellaque duntaxat idylla fuisse, videbuntur. Neque ullus sibi fallaci illa spe blandiatur: doctrinam hanc nimis spiritualem, transcendentalem, aut per quam mysticam esse, quo minus ea communis proprietas multitudinis effici, et ossa carnemque sumere valeat. Plurima temporum signa: —

S. Simonismus nec non democratismus in Gallia, radicalismus in Anglia, associationes ac motus proletariorum in utroque regno, consilia et molimina in Helvetia et quadamtenus in ipsa Germania opificum sodalitiis revolutionariam indendi organisationem; major in dies pravi preli in inferiorem plebem influxus, cuncta denique ea, quae in rebus ecclesiasticis eveniunt, fermentationes ac spasmos terribiles in societatum visceribus, ad quae oculi politiae administratorum et sapientium reipublicae virorum penetrare haud conservaverunt, invalescere testantur. Verendum profecto Dnum La Menais non esse solum hujus sententiae, sed eum eloquentem duntaxat lingvam arcanis sensis atque opinionibus eorum commodasse, qui pertinacissimi, periculosissimi, et acerrimi sunt revolutionariorum moliminum auctores. Persvasio haec nos ad expendendam adcuratius doctrinam superius indicatam, impellit:

Charitatis praeceptum absque dubio summa omnino lex est, ex qua justitia et benevolentia, seu amor sensu strictiori sumtus, originem habent. Atque summum hoc charitatis praeceptum Deum super omnia, proximum autem sicut se ipsum diligere jubet. Unde necessario sequitur, omnes homines quoniam ex unius ejusdemque Creatoris manu prodiverant, mutuo se invicem fratrum instar habere debere. Una tamen patet legi huic charitatis inniti etiam sanctimoniam ju-

ris, interdictum item de non violanda sphæra libertatis, proprietatis, ac juriū alterius; quia violatio ejusmodi charitati e diametro aduersa esset.

At vero Jus cum omnibus, quae eidem inhaerent, et quae ex eodem derivantur, ex alia parte consideratum, est antithesis sacrificiorum et immolationum amoris.

Nemo profecto ambigere potest notam characteristicam iuris esse aliorum exclusione m; cum contra amor in communione consistat. Jus absque dubio permittit ac potestatem facit proprietario, semet resque suas propriae utilitatis ergo, seu privati commodi studio (egoistice) separandi, inhumaniter egenis animum et aures recludendi; a debitoribus sine misericordia aes suum exigendi, suosque reditus in luxuriosas, si ita placuerit, voluptates profundendi: quinimo eundem in hoc rerum suarum usu, charitati ac religioni adverso, tuetur; quemque, qui in hac sphæra illum turbare vellet, arcet, et duro ejusmodi locupleti, si jus suum adversus pauperem, virtute licet praeditum, allegaverit, auxilio praesto est.

La Menais hunc rerum ordinem simpliciter, prout vidimus, inferis devovet. Dumque eum sub nomine „veteris societatis“ ad tribunal populorum evocat, ac nomine Jesu Christi condemnat, jus, cum inhaerente ei duritia et inhumanitate, cum egoismo ejus, in perpetuum abolitum atque eversum, ei-

demque futuram aetatem, purissimae fraternae charitatis plenam, re vera substitutam cupit.

Antequam expendatur, quem ad modum contentio haec juris ac amoris cum doctrina christiana componi possit, plures quæstiones resolvendæ semet offerunt. Unde haec juris atque amoris discordia et hoc dissidium in genere explicatum habet? Qua ratione *jus* (velut autitheton amori) in hoc mundo enatum? Quae est vera amborum ad se invicem ratio? —

Mundus, humanumque genus, dum e Creatoris manu prodirent, pro norma atque regula summam amoris legem acceperunt. In hoc hominis relate ad Deum purissimæ ac intemeratae unionis statu, in quo nempe homo id est, quod esse debet, et adhuc in normali, sursum versus cum Creatore, et deorsum cum natura existit correlatione. *Jus* in superius indicato egoistico, privativo et exclusivo sensu, tam parum cogitari potuit, quemadmodum *jus* privatum hoc sensu in regno caelorum supponi nequit.

Atqui moralis lapsus hominis intemeratam illam concordiam sustulit; et hodiernus, revera existens status, non est ille primitivus a Deo in principio ei tributus, sed jam turbatus et labefactatus. Homo non est amplius sensu illo naturae Dominus, quod haec sponte eidem obsequatur, verum sudore vultus sui vitae media ab ea extorquere cogi-

tur. Vita hominis continua est lucta cum natura, quam magno duntaxat labore sibi subjicere debet, neque ea in perniciem mortaliū collaborare unquam desinit. Alia ex parte unio illa et concordia humani generis quemadmodum cum Deo ita et secum ipso turbata est. Peccatum, et cum eo falsus suimet amor, arrogantia dominandi lubido, invidia animum subivere, et prout haec in corde singulorum dominatus appetitum alunt, ita ex adverso singulus quisque continuo praecinctus armatusque sit oportet ad propulsanda pericula, quae vi peccati a proximis sibi impendent.

Ex hoc statu actuali (de facto), vi cuius praeceptum charitatis re ipsa jam non est lex sola dominans, ante omnia intelligitur — et quidem, quod naturam ipsam concernit — eandem nequaquam constituere aut esse posse bonum commune, sed quod homo sui ipsius conservandi causa ex ea partem suam, quam forte sibi acquirit, contra attretationem aliorum secludere et securam praestare, sicque alios ab ea arcere debeat. Hinc habet ortum **Proprietas**, cum omnibus suis consectariis. Praeterea improbitas, seu peccato obnoxia hominis conditio, externum dominatum (potestatem), civilem coactionem, et alterius ab altero dependentiam inducit. Hanc nempe immediate ipsa natura cum ortu familiarum progenuit.—**Servitia et praestationes** hominum fortunas aequae hujus vi-

tae constituunt, sicut quaeque alia bona. Ast peccatum homines a se mutuo divulsit: principio jam in ipsis familiis discordiae enatae, (Kain et Abel primum exemplum praebuerunt effectus, quem maledictio — peccatum — in eos exerebat.) deinceps vero multitudo relationum socialium penes se invicem enata; discordia injustas adgressiones, hae defensionem suimet, haec rursum praesidii necessitatem adversus libidines, vitia, atque errores hominum, ac proinde adhaesionem, subjectionem, obsequium debilioris respectu potentiorum tutaminis ergo post se traxerant; hinc denique invita hostis subjectio enata. Hac ratione sociales uniones, initio naturali generationis et nativitatis vinculis subnixae, inter homines incrementa ceperunt. Simul etiam religio novum nexum adduxit, postquam nempe homo non amplius immediata et tamquam individuum in continua ac directa cum Deo relatione constitutus mansit, sed revelationem ab iis accipere, ac proinde semet eorum auctorati concredere debuit, quibus Deus eam communicaverat, vel qui cognitionem ejus custodiverant. Inde praeter patriarchale et imperatorium seu belliducum, etiam sacerdotale seu theocraticum regimen subortum. In indicatis his, inevitabilibus correlationibus radicatur omnis subordinatio, et hominis ab homine dependentia.

Lex itaque charitatis e ratione labefactati primitivi status duplarem obtinuit directio-

nem. Quemadmodum quippe singulus quisque vi inevitabilis necessitatis possessionem suam atque facultates, quas sibi comparaverat, recludere debuit — sui conservandi causa — ita simul lex charitatis preecepit, ut sphaera haec personalitatis sancta habeatur, neque invito proprietario attrectetur ; hinc **Jus**, quod in quantum contra alios eo expertes exclusionem in se continet, eodem vero praeditum intra singularem quasi sphæram respectu caeterorum constituit, **jus privatum** audit. Lex charitatis preecipit: non furari, et nemini in suis noxam inferre. Una tamen possessori fortunarum aut potentiae (ad praestationes juris, ad opem, et servitutes aliorum) cujuscunque generis injungit, ut his non in solam exclusivam, propriam, egoisticam suae personae (to **sui**) utilitatem, sed pro viribus suis in emolumentum ac prosperitatem etiam suorum concivium utatur. — Et haec est charitas sensu strictiori.

Dispartitio itaque summi hujus preecepti in justitiam atque charitatem non est arbitraria quaedam institutio aut' inventio humana, sed ex actuali et reali statu humani generis necessaria consequentia logica profluens inevitabile lapsus humani generis (peccati) resultatum, et hoc posito dispartitio illa in interna rerum oeconomia fundatur. Inde necessario dominium humani arbitrii in sphæra juris singulorum ortum habet. Si jam homo libertate morali gaudet, sponte intel-

ligitur, eundem praecepto amoris, penes usum et applicationem juris sui, obsequi aut non obsequi posse, et si fastui ac sensualitati potius inservire, quam praecepto charitatis obtemperare malit, tum cuncta superius memorata duritiae tristia phaenomena et sinistra proprietatis ac juris privati consecataria in genere emergent. Tum hoc de facto in oppositionem veniet cum amore, de quo superius sermo fuit. Tum proverbium ex hac consideratione ortum: „summum jus summa injuria“ locum habebit, — i. e. Jus unilateraliter sumtum, ab amore inimice discerptum, et abstracte adprehensum, in applicatione et usu in veram oppositionem veniet cum summo illo praecepto, ex quo omne jus, omnisque charitas derivatur. Haec proxima adeo sunt homini, atque e simplici rerum hujus mundi contemplatione manifeste adeo eluent, ut naturali quoque rationi jam olim romanorum, doctrina christiana carentium, perse evidentia, habita fuerint.

Dum ergo La Mennais hunc de facto statum pari modo agnoscit, ejusque conscientiam depromit, obverti prosector ei in reali factorum arena nihil potest. Verum enim vero apud quaestiones: qua ratione oppositio illa superari? quo pacto homo relate ad eam semet custudire debeat? quem ad modum disjuncta (jus nempe et amor) ad sublimiorem rursum unionem pervenire possint? error ejus exordium sumit, et istud est illud

punctum , in quo is salutare exemplum ad fugiendum suppeditat cuique mortalium,, qui solitariis ac isolatis humanae rationis viribus plus justo confidens, atque hac nimia ingenii sui fiducia abreptus humanorum conatum et operum imbecillitatis in humilitate meminisse obliviscitur, — affectibusque irretitus nec crassam illam contradictionem animadvertisit, in quam ex adverso doctrinae christianaे, prout illam omni tempore, omnes populi, et Pontifex Romanus non secus, quam cunctae ab ecclesia avulsae confessiones intellexerant, prolapsus est.

Quaestio, ad quam hic omnia recidunt in quo cardo rei vertitur est haec: Quomodo se habeat christiana doctrina seu Christianismus relate ad illud cum amore in contradictione positum terrestre, mundanum, et in usu atque eventu forte inhumanum, crudele, et egoisticum jus? (continuabitur.) *

Ordo S. Benedicti in Gallia restituitur.

Teste scripto periodico „Univers Réligieux“ Ordo sacer Benedictinorum in Gallia restituitur, et per bullam pontificiam monasterium Solesmes in Abbatiam transformatur, cuius caput, hucusque ordinis superior Gueranger denominatus est, ejus solennis inauguratio die 30. Jul. Romae peracta est. *

Triste accepimus nuncium, Ill. Eppum Jaurinensem, Ant. Juranits, die 26. obliisse. Plura alias.

Relatio Liberalismi ad Christianismum.

(C o n c l u s i o .)

Opinione Domini La Mennais istud (Jus) cum spiritu ac indole doctrinae christiana componi prorsus non posset, ita quidem, ut intra societatem christianam jus — seu velut proprietas vel dominium in seclusam rerum naturae partem, seu velut dominium in servitutes ac praestationes aliorum hominum — impossibile sit et christianis principiis plene repugnet. Homo, ait, coram Deo, et sicut e manibus creatoris prodiverat, est liber, omnesque homines inter se sunt aequales, et ideo nullae adsunt obligationes obsequii, famulitii, nulla hominis ab homine dependentia; ita neque ulla adest isolata, secreta et alios arcens proprietas, quoniam pater coelestis terram, omnesque mundi fortunas suis filiis velut communem haereditatem assignavit; terra sufficiens spatium, ac nutrimentum in magna abundantia cunctis hominibus praeberet, ni locupletes ac potentes maximam opimamque partem sibi attribuissent et occupassent, atque pauperiores suos fratres per fraudulentam divisionem in miserias retrusissent. Hoc vero vis atque injuria audit. Et ideo „populi“ (quae vox hic in nexu proximo considerata idem significat,

ac nihil possidentes, et inopes, relate ad illos, qui plus habent) postquam ad id lumen intellectus a Deo accepissent, jus et obligationes — statum quippe societatis praesentem — doctrinae Christi innixi, eversum eant, inque hac terra jus mundanum, dependentiam et proprietatem vi adhibita deleant est necesse. Caeptum ac molimen hoc culpa vacans imo salutiferum est, quive eidem obsistit, illius caput maledictioni coelestis vivorum ac mortuorum judicis devovetur, quia talis adversus evangelii spiritum peccat, illud enim „populos vi, cui resisti nequit,“ in illud consilium praecipites agit.

In hac doctrina, quae, prout quivis partium studio immunis concedet, nihil nisi nucleus superius ad verbum communicati ex opere „Affaire de Rome“ capit is est, duo potissimum deesse animadvertisimus. Quod quidem ante omnia desideramus, est adumbratio adcurior conditionis et status societatis humanae, qualis post magnam de Jure reportatam victoriam, secundum mentem et cogitationem Dni La Mennais locum habere deberet. Historia orbis terraquei et humani generis exemplum idmodi conditionis nondum praestituit, vetus societas (vieille société), quam La Mennais coram tribunali populorum sistit et condemnat, est omnis hucusque orbis terraqueus et totum humanum genus, inde ab exordio et incunabulis historiarum. Tanto itaque magis necessarium fu-

isset, novam illam socialem constitutionem, etiamsi tantum principalibus liniamentis proprius designare; censemus enim lectores quoque Dni La Mennais praeter acerbam illam negativam, quae in opinione ejus continetur, etiam positivam partem postulati ab ipso rerum status, socialem quippe et privatam vitam sub nova illa humani generis sorte atque conditione, quemadmodum ipse existimat futuram, lubentes noscere, et simplices, obviasque has quaestiones resolutas videre velle: Qua ratione tum singulus quisque vitae media procurabit? an labore, uti hucusque? at vero hoc supposito, qui licet fructus laborum diligentioris securos prae-stare contra potentioris una tamen laborem fugientis adtrectationem? Quibus mediis, hucdum ignotis, bellum vitandum? etc. La Mennais concedat, oportet, auctores S. Simonismi practica perspicacia et ingenii acuminis longe ipsum praecelluisse, quoniam prae-vie adminius solliciti fuerint de conformatione novae orbis terrauei conditionis, quam aequre prouti La Mennais adducere conabatur, cum interim ipse subruta forma, et nucleo vitae modernae, humanum genus hucusque saltim incurius fato suo reliquerit.

Alter supra explicitae hujus Reformatoris doctrinae defectus, ad hodiernum diem nondum sublatus, est plene intermissa problematis solutio: quinam evenire potuit, si doctrina, quam annunciat, revera genuinum e-

vangelii sensum comprehendit, ut sensus iste primum inde a tempore erumpentis revolutionis ab iis, quos „populos“ vocitat, detectus sit, antea vero christianis omnium lingvarum et temporum occultus manserit? Co-
gitatio ejus circa haec non videtur adhuc esse constans et fixa. Nam parte ab una adfir-
mat, id, quod revolutio e christinianismo destruere et sufferre vult, esse duntaxat e-
jusdem putamen atque corticem; atqui hinc sequeretur, suam, et in genere revolutionari-
am doctrinam fuisse semper veram medullam,
quod tamen cum caeteris observationibus perperam cohaeret: quod nempe hoc ipsum systema per octodecim $\frac{1}{2}$ secula non modo pro christianismo habita et docta non sit, quin imo sicubi singulative ac pavide caput subre-
xerat, aut quoquomodo vestigia prodiderat,
eam civiles aequae ac ecclesiasticae potestates,
tamquam blasphaemum ac scelestum in Deum,
et hominibus exitialem errorem, comprimen-
dam duxerint. Verus itaque christianismus horum etiam ductu ad exordium usque re-
volutionis publice non exstitisset. Ex altera vero parte La Mennais agnoscere videtur, systema suum a vigente hucusque christianismo diversum esse, quum adseveret, christianismum nunc „sub ampliore et perfectiore, quam antea, forma in vitam prodi-
turum“ („se produire“; quasi semet progi-
gnere). Qua autem ratione hoc cum principali ac fundamentali indole ac essentia re-

velationis christiana — quod scilicet „Fundamentum aliud nemo possit ponere, praeter id, quam quod jam positum est“ — conveniat, proprius minime explicat, prout nec fontem indicat, ex quo novae revelationes haurienda sint.

Sed revertamur ab enormi hac vesania, velut horrenda, sed justa fastus humani poena, ad quaestionem de relatione christianismi ad jus et terrestrem justitiam humanam.

Christianismus non modo nulla ad negandum et impugnandum Jus argumenta suppeditat, sed potius e diametro oppositam huic errori tuetur sententiam.

Christus Dominus non venit legem ac justitiam sublatum, sed potius adimpletum. Nihil utique certius, quam quod christianismus humanum genus ab omni vinculo et compede peccati, omnibusque ejusdem sequelis, et sic etiam ab egoismo juris seu nimio proprii commodi studio liberare, partium suarum esse ducat; ast non depugnat contra externa, singularia, pure occasionalia ejus phoenomena et exempla, sed intimas, profundissimas ejus radices impetit, non symptomata, quae in usu et applicatione juris emergunt, sed ipsum malum adgreditur; verbo: non jus evertere, sed egoismum cohibere et extirpare conatur. Hunc nititur amore vincere, et sic inde ab interiori ad externa salutarem efficaciam exerere, non vero uti La Mennais et S. Simonismus (qui in hoc

capite ad idem recidunt) ab externis ordituri, qui, suscepto adversus consecaria et effectus bello, causam ipsam (id est peccatum in corde hominis) non modo non sufferunt, quod facere alioquin nequeunt, verum false ac perperam sumta et intellecta rerum natura, mundo, atque religione, absurdaque divinarum ac humanarum rerum pertractatione et expositione perniciosa e-
jusdem efficaciam potius adaugent.

Christianismus itaque populos nequam docuit: Nihili pendite jura superiorum vestrorum! subvertite proprietatem! disrumpite quemlibet hominis ab homine dependentiam! — Imo vero in omnibus his expresse contrarium docuit, et non solum iis, qui debitum superioribus, a Deo constitutis, obsequium denegant, sed etiam suribus, latronibus, non secus et cunctis illis, qui jura proximi violant et iniquitates exercent, aeternam damnationem minatur. Dixit quidem terrestrium fortunarum possessoribus: habete acsi nihil possideretis! — opulentis parabolam de Lazaro paupere in salutare exemplum proposuit, beneficis charitatis operibus aeternum spopondit praemium; omnes autem homines, Principes et subditos, ad justissimum illius tribunal relegavit, qui corda et renes mortalium scrutatur, quive a singulis quibusque rationes exiget de facto terrestrium fortunarum, sibi creditarum, usu; christianismus in genere docet, bona hujus vitae

contemnere, et ante omnia regnum Dei quae-
rere, quoniam caetera dein sponte obventura
sint: mutatis quippe in melius internis sen-
sis, externi quoque, in juris et reipublicae
sphaera, eventus meliores secuturi sunt.
Proinde intra cordis humani septa egoismum
debellat, at una jus et externum socialium
inter homines correlationum ordinem sarta
tectaque relinquit, quae sola duntaxat in hoc
depravato et peccatis contaminato humani
generis statu contra vim, praepotentiam, in-
justumque arbitrium efficax praesidium con-
stituunt. Dependentiam hanc, in quam ho-
mo per peccatum prolapsus est, tamdiu ei re-
linquit, quoisque peccatum in hoc orbe ter-
raqueo dominabitur, iis autem, qui credunt,
internam et solam veram — a malo — libera-
tionem, libertatem filiorum Dei procurabit.
Liberalismus contra, cuius habitus ac indole
in S. Simonismo et La Mennais maxima
cum consequentia in lucem prodiit, in pugna
adversum Jus suscepta, arrogantiam, odi-
um et invidiam contra externam praecellen-
tiā sollicitare adlaborat; haec in cordibus
mortaliū excitare et extimulare stūdet, his
solis prae omnibus facultatem jusque tribuit,
et haec in bello internecino adversus civilem
juris et reipublicae ordinem, qui inde ab hi-
storiarum primordiis semper viguit, in pri-
mam aciem collocat. Ordinis hujus reveren-
tiā, non vero egoismi radices vult e cordi-
bus mortalium evellere. Ex hac dein conten-

tione ejusmodi statum exoriturum pollicetur La Mennais, in quo homines in hac terra essent uti Deus! statum quippe purissimi amoris proximi, similem vitae beatorum in regno coelorum!

Hinc jam vera et genuina doctrinae illius ad christianismum ratio patet. Interna quippe sua indole antichristiana est, et si unquam in hoc orbe terraquo plenum effectum et realem vitam nanciseretur, promissi regni caelorum loco illud regnum revera adduceret, de quo dicit S. Scriptura, „quod in se divisum desolabitur sicut in vastitate hostili.“

Hinc illud quoque evidens est, nequam fato aliquo, quemadmodum La Mennais putat, aut culpa Ecclesiae ejusque ministrorum accidisse, quod revolutio ubique, ubi Deo permittente potestatem arripere ei contigit, pro diversitate formae ac speciei sumtae, altaria confregerit, ministros religionis trucidaverit, aut abegerit vel saltim ludibrio habuerit, et scriptis obscaenis blasphemiasque in Deum plenis, sacra quaeque contaminaverit, polluerit. Externa haec persecutio perse necessario consequitur, estque in ipsa interna rerum indole ac natura sitae supra demonstratae contradictionis ac oppositionis manifestatio. Spiritus ille, qui, non quidem „populos“ uti La Mennais vult, sed illos duntaxat, qui infeliciter a via fidei, charitatis, et juris desciverant, ductores item

et antesignanos sophistas ubique in demoniacum odium contra externa christinianismi in civitate et ecclesia documenta propellit, scopi sui et metae praefixaes, sicut etiam verae suae relationis ad missionem Salvatoris conscius prosector est.

Nisus autem persequendi ea, quae sancta sunt, absque dubio „instinctum“ uti La Mennais existimat, pro suo fundamento habet, at instinctus ille est opus mali spiritus, quem dominus inde ab exordio mendacem compellat.

v. * e B. P. W.

Serta Solatiorum.

Jupiter videns, quam ardua sit hominum in perpetua adversitatum lucta conditio, laetitiae deam ad eos mittere decrevit. Ei itaque, coram throno comparere jussae, duo sera tradidit, alterum, e formosissimis, svavissimeque orentibus floribus nexum ad divitum ac potentiorum tempora ornanda, alterum, cui rarae duntaxat violae parce intertexae erant, ad humilioris sortis inopum frontem cingendam.

Demisis verecunde oculis dea recessit. At non fugit maestitia Jovem, revocatamque quaerit, quid caussae esset dejectorum in terram oculorum rorisque tristitiae ad genas decidui? „Omnibus namque aequalia do-

na ferre, omnes pari ratione beare mihi fas non est.“

Jovis frontem caelestis tum hilaritatis radii serenabant. „Abi, dilecta filia“ inquit benigne subridens, — „cunctos mortales aequa ratione felices reddere mihi ipsi datum non est; ast donum tuum, infimo hominum collatum, si puro et candido corde te receperit, eum nihilo minus, ac potentissimum, destinata huic corona, beatum omnino reddet.

v. * e Z.

Libertas Electionum et inde securitas (garantia) constitutionalis,

(Conclusio.)

Pag publ. adhuc plenae sunt suppletoriis relationibus de excessibus et barbarie, quae in electionibus anglicis hinc inde evenerant. Factiones altera alteri adtribuere ea vellet, ambae tamen suas inde partes habent. — In Winning, Comitatus Ayr, in Scotia, candidato factionis Tory, Lord Kelburne vestes de corpore delaceratae, ipse vero pessime habitus.

Non obstantibus D. O'Connell tranquillitatem conservandi consiliis odia factionum in Hybernia tanta sunt, ut in electionibus plerumque rixae et certamina locum habuerint. Erui interim prorsus nequit, quaenam e factionibus prima causam praebat, paginae

quippe ambarum factionum eam mutuo sibi invicem adtribuere adlaborant. — Sic etiam in Kings-County, Galvay, et Managhā magis minusve seriae enatae sunt sub electionibus turbæ. In Galvay Judex pacis J. A. Kerwan, quin prius legem de seditione praelegi curasset, politiae satellites jaculari jussit, quo facto duo viri plumbō trajecti complures autem graviter vulnerati sunt. Tribunal juratorum contra Judicem pacis et satellites politiae de illata consulto nece sententiam tulit.

Electio in urbe hybernica Cork a certamine et verberationibus inchoavit:

Ex oecis commissionum 300 Bludgeon-men i. e. fustiarii, homines fustibus armati proruperant et terribilis lucta exordium summis. Fragmenta fustum, framearum, quaqua versum volitare visa sunt, et 20 circiter singularia certamina acutis ensibus in optima forma eodem tempore conspiciebantur, unde graves vulnerationes.

Curia civica assultu facto occupata, tantaque erat multitudinis conglomerationis, tanta per communes et singulares luctas perturbationis, ut candidati et ii, qui prepositiones facturi, seu candidatos respectivos commendatur erant, per capita confertae et congregatae multitudinis ad locum electionis baculari debuerint.

Domus conservatorum a plebe irruente devastatae sunt, fenestrae concussae etc.,

quod nec politiae satrapae, nec milites impediendo erant. Maximos clamores faeminae sustulerunt, quae omnes plateas acutissimis clamoribus repleverant. — In electione Cottus Limericensis electores, — ductoribus et obequitantibus opulentis terrarum redemptoribus ac Sacerdotibus suis, per millenos ex omni regione, curribus aut pedes, in urbem irruerunt, praelatis viridibus aut rubris vexillis et sertis lauri. Etiam hic commissionum oeci candidatorum Tory assultu expugnati, ostiarius terrae allitus et concussus. Politiae tamen satellites commissionis membris fugae viam verrutis procurarunt, multi interim graviter vulnerati. His visis unus conservatorum candidatorum mature potius recessit. *) Sub Meridiem agmen bene ordinatum ruricolarum, inter quos 800 equites, praeeuntibus compluribus sacerdotibus urbem ingressum est; ast eodem tempore subsidium copiarum adcurrit, et milites strictis ensibus fora occuparunt.

In electione hac etiam jucundiora intervenerant. Inter magnos cachinos postulatum illud propositum est, ut D. O'Connell ferendi suffragii jure excludatur, quia novissimo anno una cum familia sua eleemosinam acceperit (ita dictum tributum Dni O'Con-

*) Quod neutiquam mirum; imo multo magis mirandum videtur, adhuc non omnes viros honestos e tali luctarum arena ita deterrei, ut locum omnem dignis diei atletis relinquant.

nell). Serio lata sententia est, postulatum fundamento carere, quoniam nulla adhuc lex pauperum in Hybernia exstet.

In Howick in comitatu Roxburgh tempore electionis foedae intervenerunt scena. Plebs quosvis, quos electores factionis Tory esse suspicabatur, comprehendit, vestibus exuit, et nudos per plateas circumegit, aut in aquam projicit etc. Dimachi arcessendi erant, qui tranquillitatem et ordinem reducerent. — In Wackefield jam duo, mortui sunt ex iis, qui in electoralii tumultu vulnerati fuere.

In Cottu Scotiae Perthshire, ubi Candidatus reformatorum Fox Maule, Pro-Secretarius Status internorum negotiorum, aemulo Lord Stormont succubuit, quidam elector liberalis, nomine Christie, ab aliquot factionis Tory hominibus, qui ei persvaserant, se illum ad locum electionis devecturos, rheda postali Dundeam abductus, et ibi loco secreto in domo unius e raptoribus, Dni Müller, custoditus fuit. Ad preces uxoris, quae e subitanea conjugis absentia sollicita fuerat, explorations institutae, vestigia que detecta, ad postulata tamen investigantium Christie libertati restitutus non est, sed in hortum vicinum subductus, cumve nec possessor horti eum reddere vellet, procurator negotiorum Domini Fox Maule talem locum conscendit, unde in hortum prospici posset, et inde sequens breve colloquium cum

D. Christie habuit: „Visne pro Dno Fox Maule suffragium dare?“ — „Ita est.“ — „Invitusne hic retineris?“ — „Ita est.“ Ad haec responsa Procurator scalas muro applicuit et **Dnum** Christie liberavit, qui vaporaria, illo prorsus tempore movente, ante numerata suffragia ad electionis locum adpulit.

Paginae „Evening“ sic conqueruntur: „Nunc, postquam lucta electionum pro universitate Dublinensi terminata est, licet interrogare: an Praefectus scholarum altiorum poena dignam complurium juvenum nobilium, auctoritati suae creditorum, agend rationem indulgenter transpiciendum ducat? Elector quisunque Dno Stock, candidato liberalium, suffragia datus intra muros collegii Trinity comparere haud'quaquam audebat, quin turpissimis ludibriis expositus esset, ipsae tabernae electionum studentibus replete fuerant, qui mediis ignominiosis libertatem electionis intervertere adnisi sunt. Contumeliosissimae cavillationes et explosiones, quae contra Lord Mulgrave et contra Majestatis Ministros publice, imo coram ipsis universitatis Praefectis profundebantur — qui fideles has demonstrationes cum gaudio excipere visi sunt — foede magis sunt, quam ut eas repetere conveniat etc. *)

*.) Nos profecto intelligere non possumus, cur scholae publicae sumtibus publicis per regimina tanta cura erigantur, dotentur et benigne adeo soveantur, si in iis nihil nisi pacis, et tranquilli-

Felicitas.

Quid est vitae hujus felicitas? „Mens sana in corpore sano“! animus fortis in ro-

tatis turbatores educati fuerint; si in iis loco obsequii effrenata cunctas auctoritates contemnendi et ludibrio habendi libido mature contracta fuerit; si loco culturae — sub qua nos praeter solidam, pro omni vita utilem salutarium scientiarum et artium vere libera-
lium comparationem, in primis morum svavitatem, et sanctimoniam, i. e. in iis quae Deum, terrae principem, patriam et concives concernunt, intemeratam fidem religionem ac pietatem, tum humanitatem, comitatem et urbanitatem, verbo omnium omnino virtutum consuetudinem intelligimus, — si inquam hujusmodi verae culturae loco, magno utique labore ac sudore, diuturnis utrinque, docentium non secus ac dissentium, vigiliis, assidueque virium animae et corporis exercitio comparandae, alia illa levior, et superficialis, ast eo ipso tanto insolentior arroganterque modernae eruditiois tinctura in palaestra literaria obtineatur; si naturae feritas, et juvenilis petulantia sodalitiis acuatur, si immaturi judicij temeritas, violentia, impietas, legum humanarum divinarumque contemptus e scholis in vitam publicam, nunc aliquin aestu opinionum, partiumque studiis et contentionibus plurimum concitatam, adferantur; si omnis modestia a juventute proscribatur, si experientia atque gravioris aetatis sapientia, si posita quaeque merita, si probata arduis in rebus virtus nihil pendantur, si oracula mundi jam ex ovis ipsis repente exclusa supponantur, et sola in cunctis

busto corpore! — Labor, dein quies! — Pura voluptas e quaesitis, non haereditate acceptis, haec omnino felicitas est! — Glorie cupiditas, ambitio, avaritia, philaucia, oblectamentorum insectatio eam haud parunt. — Sensim parta sapiunt delectantque; propria enim sunt! Quod absque sudore venit, vulgare est, sicut aër, quem respiramus; ut sol, qui omnibus lucet; velut aqua, potui obvia. Fuere, sunt et erunt, nec ulla defectus angit sollicitudo! — Dilecto — prout vocare solemus — fortunae filio, cui nihil ad explendas libidines desideratur, ut vera perfrui possit voluptate, abstinendum primo et refrenandi affectus, ut sic dominii in se ipsum conscientia partem deliciarum quadamtenus resarciat, quas ille persentiscit, cui animae atque corporis vires adstringendae erant, ut quaepiam e bonis fortunae, quae in hac vita expetenda censentur, sibi procurare valeat. In virium enim contentione vita consistit. Plena quies mors esset et mors — in hac vita simulacrum nihili est. Et vera vox haec lugubris „mors“ sicut „nihilum“ humana cogitandi ratione contrarium exprimit — laetae vitae terrestris. v. * e Z.

rebus opus sit protervia! — quid opus tum scho-
lis? tot annorum jactura? — tales enim reipublicae
atletas unus alterve temerarii aequa judicij de-
magogus populari sua eloquentia communibus
aliquot phrasibus, velut ardentibus affectuum
facibus, intra unam alteramve horam ex inex-
perita pube millenos efformare poterit!

Conamina velociores commeatus inducendi.

(Continuatio.)

Praefectus Sequanae, Comes Rambuteau, die 24. Jul. ductum viae ferreum Parisiis S. Germain versus lustravit. A Dnis Adol. Eichthal et Emil. Pereyre exceptus, per ambos cuniculos et per magnam transectionem Parisiensem transivit, et Directores laudavit; hinc Chatou usque vap. machina vectus est, quae majori, quam ulla hucusque nota, celeritate decurrebat; inde quippe a ponte Asnieres ad pontem usque Chatouensem, $2 \frac{1}{2}$ leucarum intervallum, intra 12—13 minuta superavit, quamquam per iter motus machinae semel studio compressus fuerit. Opera in dextra Sequanae ripa Versalias versus inchoata sunt. Ex investigatione elucet, ductum nullibi per terras, opere circumseptas, transire. Ut quis de soli circa Parisios nimia subdivisione in minutis particulas ideam obtineat, notari metetur, in longitudine duarum leucarum ductum ferreum 1555 particulas privatarum possessionum transecare, ut adeo media proportione pro una quaque ejusmodi possessionis privatae latitudine 15 duntaxat pedes veniant. Naturaliter in minutis his fundis expropriatio mutua duntaxat conventione peragitur. In strato etiam ad Fanum S. Germain pauci tantum casus sententia juratorum judicum decidendi erant.

Administratio ductus viae ferrei ad Fanum S. Germain Regem pro sollenni ductus inauguratione ad 19. Aug. invitavit. Pretia vecturae indicata sunt. In aperta rheda berolinensi cum 40, vel in clausa cum 30 itinerantibus, locus singulus solvetur $2\frac{1}{2}$ fr.; in tectis curribus diligentiae, vagon dictis, $1\frac{1}{2}$ fr.; in curribus classis tertiae 1 fr. — Administratio jam 12 machinas promoventes (Locomotive), simul 360 equorum vi pollentes, habet, et 105 currus cum 4070 sedibus, hi in 4 commeatus dividentur, et quovis cursu 8—900 homines promoveri poterunt ita, ut per diem 8 commeatibus circa 7000 homines vehantur. Numerus itinerantium Parisiis ad Fanum S. Germain hucusque per annum 400.000 effecisse dicitur, seu per diem 1000; administratio ductus ferrei sperat, numerum hunc ad sextuplum auctum iri.— In ambobus ductibus ferreis Versaliensibus jussu Ministri bellici 10 milites e quibusvis centuriis, praesidia Parisiis et Courbevojae agentibus, operi adhiberi possunt.

Novus currus postalis, qui in exemplar deserviet pro omnibus in tota Gallia exstrudendis, cursum Parisiis Massiliam intra 63 horas confecit. Est inventio Capitanei pyrob. Dni Aldringen. Currus per longum hoc et velociter adeo confectum iter ne minimum quidem detrimenti cepit.

Bruxellae illud agitatur consilium, quo ductus viae ferreus, inde Antverpiam exstru-

ctus, noctu ope gaz inflammabilis collustrari possit ita, ut deinceps strata illa ferrea noctu eundem, quem de die, usum praestent. Ductus ferrei viarum Gandavum et Tillemontium (Tirlemont) ad finem usque Septembris, ille vero, qui Leodium (Lüttich) paratur, usque finem hujus anni consummabuntur.

Quanta celeritate nuncia Parisiis Hamburgi ope navium vaporiarum obtineri possint, paginae hamburgenses demonstrant, quae 24. Jul. excerpta e paginis publicis et literis Parisiensibus de 21. Jul. communicant.

Perceptiones viae ferro stratae Birminghamo-Liverpoliensis, quae prima hebdomada 5000 lib. st. effecerant, secunda jam ad 7000 auctae sunt. — Ephemerides quaedam advertunt, ductum viae ferreum Preston-Glasgowensem recta per Gretna-Green (clandestinorum matrimoniorum focum) transire. Posthac itaque subtersugi inamorati Londino una eademque die ad illam officinam matrimoniorum et retro Londinum devehiri poterunt, ubi illud praeterea commodum aderit, quod currus vaporarii se invicem assequi nequeant, ac proinde nulli persecutioni locus detur.

Geometra Anglus Stephenson, inventor optimorum curruum vaporiariorum, dicitur novum machinae adparatum invenisse, quo celeritas cursus in ductu ferreo duplicabitur; hac ratione iter alias 24—30 horarum intra unam horam confici poterit. v. * e B.

Telegraphici galvanici inventio.

Inter veloces moderni aevi communicationis methodos Alveare nostrum jam electri-
ci etiam telegraphi mentionem injecit. Pa-
ginae edimburgicae „Scolsman“ articulum a
professore ejate, W. Alexander nuper con-
tinebant degalvánico telegrapho per ipsum
invento, cujus tentamen etiam Monachii jam
factum est, in quo filamenta cuprea sicut
in clavicordio quodam in motum ponuntur.
Experimentum ad sesqui horae spatiū in-
stitutum est. Pressione in fila cuprea singu-
lae alphabeti literae, aut certae abbreviaturae
indicantur. Ad suppeditandam per temporis
intervalla novam vim galvanicam **D.** Alexan-
der intermedias stationes erigendas svadet.
Pro custodiendis quoque filamentis diversa
media proponuntur, et sumtus unius ejusmo-
di filamenti inter Londinum et Edimburgum
summum 1000 l. st. futuri censem̄t, unde 25
literae alphabeti 25.000 l. st. exposcerent. —
Externum involucrum et accidentales expen-
sae summum ad 75.000 lib. st. computantur.
Cunctarum proinde erogationum summa non
multo plus efficeret, quam ductus viae fer-
reus 6 usque 7 anglicorum milliarium. Si
jam supponatur, quamvis communicationem
5 minutis durare, quod, quemadmodum in-
ventor opinatur, nimium plusque justo sum-
tum est, quia intra hoc tempus 65 voces ex-
pressis singulis literis communicari possent;

posito etiam ea: quod telegraphus quotidie in ambobus suis utrinque terminis sex duntat horis in exercitio esset, et pro quavis communicatione 5 schilling solverentur, jam hoc quotannis 10.000 l st. inferret; homines, in duobus extremis telegraphi finibus constituti, orale quodammodo colloquium inter se habere viderentur, et protensio hujus communicationum systematis per totum regnum, plenam omnis negotiationis conversionem adduceret. Res regimini proposita pro instituendo ejus examine, et jam adparatus facti sunt, ut cum conductore metalllico ad 50 aut 100 angl. millaria tentamen instituatur. Quodsi per totam hanc longitudinem vestigia indubia eodem tempore transcurrentis fluidi galvanismi observata fuerint, felicem tum consilii successum D. Alexander extra omne dubium ponit.

v. * e W.

Conditio moderna Ecclesiae in Hispania.

Paginae universales Madrito de 29. et 30. Julii haec referunt: „Regina Gubernatrix legem, quae decimas abolet, et aliam, quae claustra omnia suffert, exiguis cum exceptionibus, denique illam, quae bona Cleri nationis proprietatem esse declarat, sanctione firmavit. — Hucusque intentio

Cleri et sumtus pro cultu necessarii piis oblati et fundationibus innitebantur. Magnam inde partem civitas per concessiones et favores S. Sedis recepit, ad aliam vero partem pauperes jure quodammodo gaudebant. Deinceps Clerus exspectandum habebit, utrum civitati successorum sit intentionis sua maxime necessarios sumtus exscripto tributo directo procurare. Haec omnia per conventum legislativum decreta sunt, qui de sanctissimis privatorum non secus atque coronae juribus absque ulla contradictione, absolutissimi despota*e* instar disponit. Nunc tandem, postquam de monasteriis, suppellebilis ecclesiarum, bonis ecclesiasticis, decimis etc. decretum est, vetus etiam ecclesiae hispanicae aedificium dirutum, et jura Sedi romanae, quae concordatis et pactis innituntur, conculcantur, et in negotiis ecclesiasticis, quorum decisio a consensu summi Ecclesiae capitis dependet, uti est; abrogatio praeexistenter aut erectio novorum episcopatum, a laicis unilateraliter decernitur. Commissio per comitia pro reformato Clero exissa, svadet, ne ullum praeter coronae jus patronatus admittatur; (hucusque Romano Pontifici 72 beneficiorum ecclesiasticorum collatio reservata fuit.) item ut tribunal nunciaturae, ordines equestres ecclesiastici, commissariatus bullarum cruciatarum etc. abrogentur, cuncti dies fe-

stī, sex duntaxat exceptis, supprimantur, peninsula in 47 episcopatus distribuatur, quorum dioeceses cum limitibus civilium provinciarum accurate coincidunt; ut sedes primatialis Toleto Madritum transferatur, quinque novi episcopatus creentur, octodecim antiqui episcopatus et omnia collegiata Capitula, Prioratus, Abbatiae etc. sufferrantur, et unicum solummodo Capitulum cathedralē in quovis Episcopatu relinquatur.— Commissio illa etiam de salariis Cleri sollicita fuit. Cuilibet Archi-Episcopo quotannis 120.000 real. summa (1 real. = circiter quinque xris), Episcopis 80.000 real., Parochis classis infimae 3300 real., et classis supremæ, seu 4-tae, 10.000 real. summa solvenda proponitur. Propositio haec Commissionis in complexu die 26-ta 110 suffragiis contra 17 probata est. Ablegati, qui in fundamentali lege intolerantiam religiosam sanxerant, in rebus ecclesiasticis maxime protervam dicunt sententiam. Articulus, qui exclusivum jus patronatus Coronae addicit, jam adprobatus est. — (30-ma Jul.) Comitia heri de hoc articulo legis suffragia tulerunt:

„Regimen ecclesias vacantes intra temporis, canonibus et legibus praescriptum, indeois pastoribus providebit. Quodsi ad juncta rerum decretum hoc in effectum deducere impedirent, exspectatur admi-

„nus a fervore ejusdem fore, ut media in-
„veniat, quibus brevissimo, quo fieri po-
„test, temporis spatio lex haec effectui man-
„cipetur, super quo Comitia edocenda e-
„runt.“

Quod hoc significat: Quodsi casu quo Romanus Pontifex bullas confirmatorias pro designatis Episcopis retineret, regimen media inveniat, Episcopos sine pontificia, in canonibus ecclesiae praescripta, confirmatione constituere. — Ubi vero haec media inveniet? Et quisnam Episcoporum exemplo praecessurus est in defectione a summo Ecclesiae Capite? Hoc tempore 32 Episcopatus sunt Pastore orbati, aut saltim a talibus Episcopis administrantur, qui defectu pontificiae confirmationis laborant. — Propositio illa, ut Episcopis potestas tribuatur, per suas Dioceces in impedimentis matrimonii dispensandi, adhuc expeditur. Omnes hae innovationes principue ab Ablegatis ecclesiasticis propugnantur: quemadmodum a Martinez Valesco, designato Episcopo Giennensi (Jaen); Venegas, Canonico Granadensi; Gil Ordunna, Canonico Tortosano et Garcia Blanco, Capellano sacelli regii Sevillae.“

Praemia Juventutem in studia literarum incendunt.

Juventutis (simul 267) in Gymnasio Vaciensi sub solertibus curis Patrum Scholarum Piarum, ratione facti evoluto anno scholastico profectus in classes distributio, typis Vacii edita, in manus nostras pervenit, in ea 28 juvenum nomina praemiis per RR. D. Casimirum Gáspárik pl. t. donatorum, signis notata invenimus; qui scilicet a Mecoenate hoc „ob singulare in lingva latina proficiendi studium Lexicis et Classicorum Auctorum operibus, eleganter compactis publice donati sunt,“ (sunt verba classificationis). Egregiae hujus munificentiae digna encomia juvenis poeta nomine sodalium cecinit in hoc carmine:

Eucharisticon RR. D.

CASIMIRO GÁSPÁRIK,
*C. Eccl. Vac. Custodi et Can., S. Sedis Ep.
 et compl. II. Cott. T. J. Ass., Mecoenati
 munificentissimo, a Juventute Gymnasii Va-
 ciensis Scholarum Piarum oblatum
 die 30. Julii a. 1837.*

Non hinc recedes Calliope prius,
 Non hanc relinques Palladis aream!

Quam corde testeris flagranti,
 Quod pietas petit tributum.

Non his recedes, non prius atris,
 Quam grata reddas promeritis vicem
 Assueta sudori per artes
 Palladias, cupiens quietis
 Juventa doctis fessa laboribus!
 At cerno coeptos, cerno reducere
 Te Musa! gressus, et flagrare
 In tenero pietatis altos
 Ignes meorum corde sodalium.
 En plena votis pectora suscitat
 Oestrum, stat omnis promptus aequas
 Stat meriti celebrare laudes. —
 Sed quae priorem materiam dabunt,
 Aut arte laudes qua recinam Tuas?
 En! verba desunt, queis patentis
 Multa Tuae monumenta sim par
 Virtutis oras ferre per ultimas. —
 Jam falce sexta procubuit Ceres,
 Quod larga Mecoenas Benigne!
 Nos loveat Tua dextra. Nempe
 Gressu citato currit is aream,
 Quem palma quondam nobilior manet,
 Gressu paratus tardiore
 Ille secus tetigisse metam.
 Vir Magne! Virtus hac Tua plurimis
 Jam nota rara fulget imagine;
 Inter Camoenas qui tenellos
 Palladis exstimas ad artes. *)

*) Rmus D. CASIMIRUS GÁSPÁRIK Cath. Eccl.
 Vac. Custos et Can. a sex jam annis Juventu-
 tem Gymnasii ad faciendos uberiores in Stu-
 dio Linguae Latinae progressus Lexicis, et Au-
 torum Classicorum operibus exstimalare solet.

Majora sunt haec Vir Venerande! quam!
 Vel Tulliano haec eloquio queam
 Efferre, vel blandis Horatii
 Haec valeam resonare chordis.
 Ex his enim nos, qui cupidi sumus
 Linguae Latinae, plurima carpimus
 Nobis ad illam comparandam
 Commoda, amans CASIMIRE nostri!
 Dic, quaeso, dic o! quam Tibi Large Vir
 Pro praestitis his muneribus vicem
 Reddamus? Haeret lingua, dignis
 Nescia condecorare verbis.
 En cerne chordam! rumpitur. En vide!
 Perstricta tantis mens stupet. Adsit et
 Facundia omni Tullius, vel
 Musicus arcitenens Apollo,
 Vel Plato prudens: non meritis tamen
 Digne Tuis par exprimere est sonis. —
 Tu dic, sacri, Laus ampla, Cleri!
 Qua celebrem ratione Nomen?
 Non forte votis annuis? aut meo
 Praeconio non, Magnamine! indiges?
 Sic est profecto. Nam tibi jam
 Plurimi ubique habitant honores.
 Laudes Tuas jam suspiciunt procul
 Cives remoti; famaque nominis,
 Et gloriae, et virtutis ingens
 Personat omne solum, fretumque.
 Nos gratitudo ad Te tamen adtrahit
 Devota; quaeso, Vir Meritissime!
 Motum hunc pium ne sperne cordis. —
 Muneribus solet is creari. —

Diles secundos, qui generant Virum
 Tanti decoris! quaeve sinu fovet
 Suo, atque nutrit, Patriam! ac qui
 Dona ab Eo recipit, beatum!
 Dico beatam te quoque Vacia!
 Tanti benigna tuta Viri manu!
 Patent sinus cunctis paterni,
 Dextra simul miseros levare
 Parata semper mille favoribus.
 Est una Virtus Magne Vir! haec Tua.
 Est namque cordi, et civitatis,
 Et Juvenum bona promovere.
 Nec est suspendum tantam agitare Te
 Unquam salutem. — Magnanimorum erat
 Semper fovere, ac sustinere
 Ingenuam Patriae Juventam. —
 Secura tanto pignore Civitas!
 Tanto quietas spes Patriae Viro!
 Est cura queis in forte certae
 Se dare praesidium salutis. —
 Premes silenti plurima pectine,
 Divina poscunt quae sibi barbita;
 Majora non ultro loqueris
 Arte mea tenuis Camoena! —
 Propinqua coeli scilicet aedibus
 Virtus, caduae nescia gloriae
 Non laude fit major Poëtae:
 Nec minor est, male si feratur
 Per cuncta vulgi pectora; non eget
 Mercede, merces ipsa sibi bona.
 Rebus caducis major alta
 Praepetibus petit astra pennis.

Non ergo multis barbiton atteram. —
 Ergo propinguis huc age passibus,
 Et junge pectus, junge votis
 Sensa meis, properans eundem

Juventa mecum tergere pulverem!
 Conjunge verbis pectora candidis,
 Et sufferendo ad astra vocem,
 Haec pietate tua precare :

O vive multis portus et anchora!
 Tutus supernis vive favoribus
 Pater clientum! vive nostris
 Praesidium, columenque rebus!

At vive firmi tempora Nestoris
 In ampla natum commoda Patriae
 Decus tuorum! nubilisque
 Astra Tuis rutilent diebus.

Vives frequenti in Palladis agmine,
 Vives tenellis cordibus abditus,
 Te, Te loquetur mente grata,
 Cui bona praestiteras, Juventa.

Haec, quae litamus, sint minimae licet
 Partus Camoenae, Magne Vir accipe!
 Et porro pergas his Juventam,
 Spem Patriae, teneram fovere!

Cecinit

Aloysius Csathó,
 Poëseos Auditor.

*Acrostichis Honoribus Spectabilis, Perillu-
stris ac Generosi Domini*

LAURENTII MARCZIBÁNYI
de Puchó et Csóka,

*Inclyti Comitatus Nittriensis Ord. Vice Co-
mitis, prout et compl. II. Cottuum Tab. Jud.
e prim. Assessoris etc. occasione suae Onoma-
seos ab infraserto instar perpetuae tesserae
tamquam optimo Mecoenati dedicata. 1837.*

PeCtora sInCere Caplas fVnDentIs aMorls
VotIs e pVrls eXspatlata Vegens !

Virgo Thalia modo me stringit tangere plectrum
Air celebrate Comes ! magne Patrone simul !
Lucundum Temet celebrabo carmine laeto ;
Inclyta nam virtus postulat hocce Tui,
Anam virtutem superas virtute secunda,
Aultum distingvit gratia terna Tuum,
Exulat exque Tuis ventosa superbia membris ,
Exulat exque tuo pectore livor edax,
Non Tibi svavis abest doctae facundia lingvae
Non argumenti vis Generosa Tui,
In Te perpetuam fixit sapientia sedem,
Ingenium superi mite dedere Tibi,
Se bonitas ornat, probitas innata coronat,
Trenchiniae terrae dicere, credo, solent,
Effulges Nittrae, radiando ducis honores
A voto gentis facte Comes Vice nunc,
Targum Te pauper multus conclamat a) alumnus,
Tecticae b) Budae pro miseris positae,
Ornat c) Csókiades Tua semper clara propago
Orbo d) Puchovio lumina clara jacis ;

Non hinc immerito Bannato nosceris omni;
 Nam curam plebis tempore quoque geris
 Signis amore Tuo pietatis grandia tempe
 Oratos nam populos semper ubique vides.
 Omnia factus eras multo per - saepe clienti,
 Ore ciere - queo vir celebrate Comes, —
 Sit satis hic vitam tenui monstrare lapillo,
 Soli Te rutili comparo quaque die,
 Vectore quaeso Tibi longos sine nubibus annos,
 Rosco lubens Lauren (festa redire) tii,
 Maximios fasces concendas , tumque secures,
 At fortis animos praefer in orbe nitens,
 Nes Tibi succedant felici poplite semper,
 Duris opes habeas , fulva metalla simul,
 Aurea sata Tibi rutilans sol praestet in axi,
 Ardua nec videas fata Comes Vice mi!
 Nullae Te febres , nullus Te spasmus adurat ,
 Noctes pacatas ducito tumque dies —
 Nunc jam descriptos gratanter suscipe versus,
 Nec dedigneris volvere mentis opus,
 Omnia quae cecini pietatis metra tenella,
 Omnia sincerus pangere jussit amor ;
 Sint Tibi vota satis , post tela caduca coronet
 Sede beatorum TE Deus omnipotens!

Canit Antonius Pokorny,
Parochus Csavojensis.

a) Multi stipendiati I. Familiae. — b) Lecticae pro aegrotis fundatae apud FF. Misericordiae Budae. — c) Lucas clarus in Banatu ad Zenthalm jurisdictionis I. Familiae. — d) Afflieto fatali eluvie 1813.

*Sectas fanaticae Hanleijanae in Anglia
dementiae.*

Nuper occasione cursus equestris in Comitatu Staffortshire secta christiana fanatica, Hanleijana, in agro quopiam ad stadium equestre consedit, circumdatoque loco imprecationes contra eos, qui in hoc molimine partem caperent effutivit. Vespere fanatici in processionibus accesserunt loca spectatorum, hymnos ante eadem decantarunt, et sic spectaculorum amantes a capiendis suis sedibus impedierunt; confluentes idcirco, viso hoc turbandarum voluptatum suarum conamine, exacerbati mox ordinatum contra fanaticos assultum exorsi sunt, quem illi continuo psalmos canentes, per duas horas sustinuerunt, et tum demum semet receperunt, cum jam plurimi cruentata haberunt capita.

v. * e W.

L o g o g r y p h u s.

Dirigo sub cursu naves, nautasque marinos.
Miratur vires, docta Minerva meas.
Mille mihi desint, tunc virgo tenerrima surgit
 Jam dudum sanctis adnumerata choris.
Unam de medio, si tollas Virginis alpham,
 Activi verbi soma futura manet.
Litera si porro de verbo sibila desit,
 Rursus erit verbum, sed modo mando tibi.

*I m m u t a b i l e**Paramythia.*

„Quid, hominesne ego diligam? felicitatem et spem humani generis studio ac amore amplectar?“—dicebat quondam discipulus sapienti suo magistro,—„Qui possum amare id, cui confidere nequeo, et quomodo fiduciam locare in eo, quod constantia destituitur? An non fluxa quaeque in homine atque lubrica? Vota et contentiones, fides, dubiusque et incertus animus, odium, amore. An omnis humani generis historia quidquam aliud, quam inconstantiae ejusdem enarratio est? An unquam veritatem homo amplexus, quam non extemplo pro mendaciis permutaret; an devia errorum unquam reliquit, quin illico in alios rursum errores rueret? An non virtutes quasvis in opposita iisdem flagitia detorquere novit? emersitne quandoque e dedecore et ignominia, quin mox alia probri macula se contaminaret; et lapsus surrexitne, quin denuo prolaberetur? Jam si omnia quaeque in homine incerta et fluxa sunt, quid, quaeso, est, cui amorem meum, fiduciam, vel certam aliquam spem pro ejusdem felicitate ac prosperitate superstruere mihi liceat?“

Dum sic discipulus ad Magistrum loqueretur, ambo sub cupressis inter sepulcra sedebant. Magister altum tenuit silentium, sermo quippe juvenis dolore ani-

mum compleverat. — Dum ambo adhuc altum silerent, ductus funebris advenit. Filius pauperis cuiusdam viduae in sepulturae locum deferebatur; unicus filius, a quo frater mortui a prima infantia e domo paterna absque ullo vestigio disparuisset. Dum exuviae juvenis in sepulcrum reconderentur, mater moerore confecta, inter planctus, manibus compositis, oculos in caelum sustulit, e quibus densae lacrimae in apertum adhuc sepulcrum cadebant.— A bajulis inde abducitur, et dum ad portam caemeterii ventum, en equitem per apertos campos inter pulverum nubes adpellentem, qui ante ingressum equo desilit, et in amplexus matris lugentis ruit. Haec dum tremens receptum in ulnis servaret, oculos pia gratitudine, et sacra consolacione plenos rursum in caelos elevavit.

Tum demum Magister e sede repente adsurgens manum juvenis arripit: „Ita sane est“ inquit „uti dixeras: omnia in homine perpetuo fluxa, cuncta in eo mutationi obnoxia sunt. Una tamen vis constans est; maeroris atque gaudii. Utroque in caelum erigitur, haec sunt vadimonia, hominem pro caelis esse creatum, neque genus humanum in errorem et dedecus perpetuo submersum iri. Si gaudia ac dolores hominum mente comprehendere didiceris, si leges, secundum quas Deus vices eorum mortalibus admetiri solet — quantum mens humana penetrare potest, — expenderis, tum primum

intelliges, quid tibi in homine amandum sit, quidve in eo sit constans et immutabile, cui spem de ejus in bono progressu, atque salute cum certitudine superstruere valeas.

v. * e Z.

Fructus belli civilis semper et ubique iidem.

Paginae „Times“ de 19. Aug. literas communicant, a quodam nobiliori mercatore in Hispania australi sibi missas, quae, sua opinione justam imaginem sistunt status interni Hispaniae. Auctor literarum est hypernus a longiori tempore in Hispania domicilium habens, qui in amplissimo nexu commerciali collocatus, sufficientem habuit occasionem sortem regni et sensa populi dignoscendi. Memoratae paginae opinionem scriptoris de radicalibus democratis, de clero Hispaniae, et de Dni Palmerston politicis consiliis relate ad hoc regnum tanto majori attentione dignam existimant, quia idem ratione sensorum suorum radicali factioni additus sit. „Etiamsi 20 philyras chartae conscribere vellem“, habent literae dictae, „non tamen adaequatam tibi imaginem de statu terribili Hispaniae procurando essem. Climate et solo tali praedita, quod omnia orbis terra-quei producta proferre, et adminus quadruplicem modernorum incolarum numerum commode alere posset; metalli fodinis referta, sufficientibus abundat internis opum

fontibus, ad classem populi, manuum labore viventem, large occupandam; protensis litoribus et situ suo ad exercendum commercium amplissimo inter prima mercantilia regna referri deberet; et tamen pulchra haec regio nihil nisi apathiam, abjectionem, miseras oculis objicit. Plebs contenta est, si semet iis rebus alere possit, quae levissimo labore veniunt, neque ei curae conditionem suam aut patriae meliorem reddendi. Huc accedunt nunc terrores et calamitates belli civilis, omniumque legum, auctoritatis publicae, et regiminis suspensio. — Si velox expeditio ducis Gomez, anno superiore susceppta, dematur, australis Hispania moderni belli civilis theatrum nondum fuit; nihilo minus tamen, licet igne ferroque ejus expositi non simus, nulla tamen pace et securitate hic perfruimur. Si ea, quae aut ipse in borealibus regni provinciis vidi, aut ab aliis audiui, considerem, non credo nos invidenda magis sorte gaudere. Quod legum adtinet venerationem; aut obsequium magistratibus debitum, aut quamcunque demum disciplinam et subordinationem concernit, regimen profecto Reginae verum ludibrium est. Quilibet, qui sclopum possidet, eoque uti novit, vel qui cum una aut altera factione, quarum complures in quavis urbe imo et in vicis ac praediis dantur, in nexu est, quaeque, ut lubet, patrare, rapere, trucidare potest. Solae et paucae duntaxat urbes ampliores

commerciales et metropoles, exceptionem quamdam patiuntur, in quibus magna extero-
rum aut aliorum, quorum ordine in publ. con-
servare plurimum interest, frequentia suffi-
cens adest ad perversos in fraeno tenendos.
Vidi saepius, quem ad modum unus solus,
aut turba hominum, sclopum in humeris ge-
stans, plena diei luce, acsi e venatione qua-
dam ferarum in vicum vel urbem revertere-
tur, domum rediit, postquam vel quaepiam
ulciscendi, vel rapinas agendi libidine inno-
centes frigido omniino sangvine, et praeme-
ditate mactasset; et quamquam homicidia
haec in tota urbe sermonem diei constitu-
ant, auctores tamen sceleris, de quibus pu-
blice constat, duodecim adminus homicidia
eos patrassae, nec ab incolis, nec a magistra-
tu moleste feruntur, sed immunes circumire
permittuntur, acsi innocentissimi mortalium
essent. Sub praetextu regimen secundandi,
et inimicos debellandi; aut pro partibus Ca-
roli pugnandi quaeque regni partes latro-
num omni genere resertae sunt, qui familias
vel singulos quosque adgrediuntur, domos
depraedantur, locum quemlibet, quem invad-
unt, expugnatae hostilis terrae instar ha-
bentes, foedissimas patrant atrocitates. Pro-
verbium illud „qui viribus pollet, jure gau-
det“ in hoc infelici regno tristissimum praef-
bet documentum. Verbo praesentem in Hi-
spania rerum statum cum sola terroris epo-
cha primae gallicae revolutionis comparare

licet. — A majoribus urbibus ad aliquot leucas, a minoribus vero locis ad aliquot duntaxat jactus lapidum sine praesidio discedere non licet, imo etiam sic, si praesidium non satis forte, aut turba armata, quae occurrit, numero potior sit, impetus fit, et direptio sequitur; sique defensione tentata, succumbendum erat, neci certae occumbendum.“ — Scriptor literarum hic eventus aliquot hujus generis, in quibus ipse vel alii noti partes habuerant, recenset, et sic dein prosequitur: „Commerciū internum, uti ex his facile intelligi potest, prorsus subrūtum est, et si infausta haec lucta uno alterove adhuc anno perduraverit, agricolae agros, vinicolaе vi- neas colere desinent, et aerumnis modernis Hispaniae famēs accedet. — Ubi adhuc regimēn Reginae aliqua auctoritate pollet, pauperes incolae nationali militiae adscribuntur, servitia praestare, et cum factiosis, si regionem invadant, manum conserere debent; contra, ubi asseclae Caroli primas tenent, ibi filii familias, famulique in cohortes conscribuntur. In utroque casu incolae sine misericordia exspoliantur, et quidem communiter ab utraque factione; equi ac muli sine ambagibus in usum belli pro equitibus aut plaustris abiguntur. Pecus cornutum, oves, frumentum, viuum pro exercitu, faenum pro equis vi occupantur, quamprimum alterutri parti iis opus esse videtur. Quandoque miseris scripta desuper documenta dantur, ast cave-

bit quisque his praetensiones suas superstruere. Hinc est, quod jam vix media pars agrorum colatur, et ruricola inedia perire debeant. Caeteroquin nullus terrarum redemtor (arendator) vel assem solvit, seu vera inopia pressus, seu omnium perturbato hoc ordine in rem suam utens, et sic potentissimi alias latifundiorum possessores, nunc in urbibus refugium quaerere, sumtibus majoribus vivere adacti, in periculo versantur fame pereundi. Verus Hispaniae status est sequens: Multitudo populi omnis classis, nihil quidquam intellegit de rationibus politicis, de regimine, et de publicis negotiis, neque de his sollicita est. Reginam ejusque asseclas tam parum curant, uti Carolum eique addictos. Quidquid populus desiderat, in eo consistit, ut sibi in quiete esse et negotia procurare liceat; solam ex hac generali regula exceptionem faciunt theoretici democratæ, ecclesiastici politici, et incolae Vascitaniae, hi ideo partes Caroli propugnant, quia privilegia (Fueros) confirmando et conservanda eis pollicitus est. Nulla in hoc regno energia, nullus in communem salutem conatus, nulla publicae rei ratio, aut publ. integritas. Singulus quisque vel apathia, torpore obrutus est, vel propriis dunatxat commodis inhiat Idem hic spiritus, in copias etiam utriusque partis dominatur; patria, concives, ipsarumque partium suarum asseclæ nihili prorsus peduntur; rapinae

solum et vindictae studia eas animare videntur, praesentia earundem haud secus ab iis, quos amicos suos, quam ab iis, quos publicae inimicos profitentur, metuitur. Nulla partium sufficientibus pollet viribus ad alteram subjugandam, verendumque ne in eo loco res positae sint, ut systema nunc vigens dispersaque praeliandi ratio per seculum adhuc duratura sit, dum tandem regnum penitus davastatum, et populus igne ferroque, fame aliisque aerumnis extirpatus fuerit, nisi intermediatio, vel armata, ast una efficacior, interventio aliarum nationum luctae finem novis calamitatibus imposuerit. *)

v. * e B.

- *) Et haec omnia in gratiam idearum quarundam, vel potius ambitiosorum hominum, eas praeseferentium, qui idolo suo, summae licet ephemerae — potentiae omnia sacra et profana, totamque nationem immolare parati sunt. Nec juvant exempla exitialia, quivis fortunatiorem se sperat futurum, aut saltim astutiorem, qui naufragium suum proprium, Nemesimque felicius quam antecessores evitare valeat; secus qui possent tandem non resipiscere? — Inde ab exordio belli civilis, quot jam ambitiosi ad clavum miserandi regni tenendum eluctati, et praecipicites acti! Videbimus quid militaris dictatura Comitis Lucana possit! (jam evanuit). —

Ratio, in qua altiores ordines legionis honoris inter militaria et civilia servitia distributa nunc habentur.

Paginae „Journal de Paris“ censem ordinem Ludovici, qui tempore revolutionis Julii sublatus est, apud exercitum iterum in usum poniposse; quoniam ordo legionis honoris propter scandalosam profusionem, quam per distribuebatur, tantum e dignitate sua amiserit, ut aliquot tantum nuptiis et festis anniversariis adhuc opus sit, et insigne hoc honoris gloria illustre, in numisma sine omni valore convertetur. **B.**

Ex annalibus regiis (1837) patet: magnam crucem ordinis legionis honoris viris militaribus 72. et civilibus 19. simul 91. collatam haberri; magni hujus ordinis officiales e militaribus viris 161. e civili 31. simul 192. dari; Commendatores ejus militares sunt 707, civiles autem 92, simul 799. Summa omnium e militibus 940, e civibus, 142, adeoque simul ex utraque classe 1082 efficit. Ex his accurate expositis numeris elucet, non obstantibus quibusdam declamationibus militaria merita ex hac nationali remuneratione et adlectionibus ad ordinem legionis honoris partes satis adhuc amplas habere. **W.**

Operae omnino pretium esset, varias ordinum equestrium phases novissima hominum aetate intervenientes perscrutari, et sic

statum, in quo potens hoc olim rerum praesidium hodie constituitur, eruere; ast hic sub singulari duntaxat loci et temporis respectu tamquam symtoma communis in hoc genere rerum conditionis considerationes instituere sufficiat.

Dum in Gallia post revolutionem Julii haereditate acceptum gentilitium Bourbonum scutum et insigne liliaque ejusdem ubique sufferebantur, consequens omnino fuit, etiam ordines antiquae monarchiae gallicae supprimere. Decretum regium ordines S. Spiritus, S. Ludovici, et ordinem „pro meritis militaribus“ sustulit*) ita, ut pro necessitatibus, cuivis novo regimini, jam ex indole majoribus, nihil praeter ordinem „Legionis honoris“ suppetebat: ideoque tanta is frequentia conferebatur, ut per novissimos 7 annos, bellis immunes, plures denominationes, quam sub Napoleone pari epocha, fierent, et nuper

* Re vera et in essentia hoc nihil aliud significat, quam quod distribuendi deinceps non sint. Decretum regna extera nec adtentione quidem dignabatur; Galli quoque, qui a regimine novo independentes fuerunt, insignia ordinum, uti antea, gerebant; imo officiales etiam exercitus in silentio duntaxat et rationibus benevolis ad ponendos illos ordines permoverit tentabantur. — Caeterum plerisque lectoribus notum alioquin erit, ordinem pro „meritis militaribus“ protestantium gratia fuisse creatum, in vicem ordinis S. Ludovici, quem vi statutorum catholici duntaxat accipere poterant.

admodum opportunitate eventus, pacificeae omnino indolis, collationes ad minus duplo majori numero, quam post splendidissimam imperii victoriam, fiebant. Profusio haec, praecipue martis filiis, qui insignia illa honorum in castris et campo pugnae pro meriti sunt, ingrata esse debuit, et ideo in scripto quodam periodico militari primum vox sublata pro restituendo ordine S. Ludovici, utpote pure pro bellicis meritis ab origine destinato.

Hoc naturale esse videtur. Primo quidem obtutu id mirum fortasse adparere potuit, quod cogitationem hanc paginae regimini addictae propugnaverint, verum enim vero meditanti parumper mox varia commoda, inde regimini obventura, in oculos incident. At vero restitutio illa fierine potest? „Intermediatores“ rerum publicarum artifices, seu homines fusionis, et amalgamationis laeti sine ambagibus id adfirmabunt, conveniensque existimabunt, ut regimen, quod crucem Julii fundaverat, ordinem etiam S. Ludovici distribuat. Obtusam eorundem oculorum aciem subters fugit ingens ille hiatus, qui inter hunc ordinem et vexillum trium colorum intercedit. Ast alii, qui ad hoc culturae modernae fastigium nondum pertingerunt, illius fors esse possent opinionis, quod rationes epochae Ludovici XIV. Galliae Julii revolutionis convenire nequeant; et si necessitas peculiaris militarium meritorum ordinis semet prodiderit, novus potius con-

stituatur, et si eum a nomine auctoris compellare feudale quid sapere videretur, institutio haec gloriose cuiquam Juvenis Galliae armorum eventui, e. g. expugnationi Anconae, alligetur.

Cogitatio quippe illa obtutu legitimo revolutionis asseclis, quemadmodum facile intelligi potest, est horrenda; et ideo paginae „National“ exclamant: „Admirandum sane! ast si consequentes esse velimus, minime sufficit altaria templi reficere, lilia, turbine revolutionis difflata, in clathris Versaliarum restituere, ordinemque S. Ludovici resumere; cuncta restauranda sunt, cum traditionibus et symbolis etiam dynastia Ludovici XIV., jusque divinum, antiquum regimen (ancien régime) cum rege suo Henrico V. cum juribus ac praetensionibus, quae moderno, e summa populi potestate prognato, regiminie diametro opposita sunt. Secus enim crux vestra S. Ludovici, per potestatem revolutionariam, quasi venia donata, crassa rursum, complurimis aliis adjecta, inconsequentia futura est.

Rex die 9. Aug. anniversarium auspicati throni collatione et promotione ordinis legionis honoris celebravit, quae praecipue viris doctis et artium petitis obtigit. Meyerbeer, auctor musicorum dramatum „Rober tus Diabolus“ et „Hugenottae“ ad officium dignitatem promotus est. v. * ep. B. W.

*Brevis conspectus incunabolorum
Typographiae.*

Francofurtenses Sup. Postae Off. Ephemerides compendium hoc eventuum inventio-
nis Typographicae communicant: Per scul-
pturam et caelaturam formarum in ligno (ve-
risimiliter a Venetis circa finem seculi 13 e
Sina in Europam adlatam) arti typographi-
cae via strata est. Germania inde ab exordio
seculi 14-ti habuit chartifolia lusoria et
imagines Sanctorum; Antwerpiae 1450 jam
coetus sculptorum in ligno et impressorum
adsuit. Inventor tamen artis literis singulatim
mobilibus imprimendi absque dubio fuit Jo-
annes Gansfleisch de Fulgenloch, Gutten-
berg dictus, Moguntiis oriundus (natus cir-
ca a. 1397, mortuus a. 1468), qui pluribus
annis Argentorati vixerat, dum tandem 1433
in loco nativitatis domicilium fixit. Inventio
itaque Argentorati concepta, Moguntiis in
lucem edita. Experimenta ibi tentata non
videntur laeto coronata fuisse successu, ast
fertilis, mobilibus literis ligneis imprimendi,
cogitatio progressu ad ulteriora deducere de-
buit. Moguntiis ars perfici caepit; Gutten-
berg 1450 cum divite aurifabro, Joanne
Fust vel Faust societatem initit, qui ope pec-
uniaria, vel etiam technicis consiliis ipsum
adjuvit. Circa hoc tempus videntur caelatae
metallicae literae adhibitae fuisse, donec tan-

dem fusio literarum cum matricibus, a Petro Schöffer e Gernsheim, genero Joannis Faust, qui ad secretum foedus accesserat, indicata aut parata, inventionem ad perfectionem proprius adduxisset. Lite de accepto a Faust aere mutuo Guttenberg (1455 6. Nov.) suppellectilia sua typographica amisit. Faust et Schöffer opus magno cum lucro continua-
runt etiam deinde, postquam ars, capta feroci impetu (28. Oct. 1464) per Adolphum Nassaviensem Moguntia, in arcano haberi desiisset, et per operas edocatas ac peritas arte antea cohaerentis coetus per Germaniam, Italiam, aliaque regna propagata fuisset. Plenam perfectionem obtinuit 1517. Mox a primordiis (1470) ars fusoria et typographica a se invicem divulsa fuere, cum hac ultima una etiam bibliopolium exercebatur.

v. * e IV.

De jure Auctorum seculo praestando, ne illud recusione operum doctorum detrimentum patiatur.

Experientia optima rerum magistra: „Ablegatus Talfourd in Comitiis britannicis rogavit, ut legem proponere sibi liceat, quo prior, de edendis ac recudendis doctorum operibus lata, emendetur. Svasit autem, ut editionis jus (copyright) cuique auctori ejusque familiae ad 60 annos sartum tectumque

praestetur. Orator secunde disseruit de injuria, compluribus celeberrimis auctoribus anglicis per recusiones operum hucusque illata. Adjecit autem, se eleemosinam pro literatura haud flagitare, sed tantum justitiam. — Summus aerarii cancellarius declaravit, se rogationem summa cum voluptate secundaturum. Quotiescumque regimen hucusque etiam Literatori cuidam gratificationem addixerat, una semper proprietatis literariae securae praestandae rationem habitam esse, idem enim exploratum tenuit, hac via merita literaria convenientius remunerari posse. — D. Spring-Rice addidit: quaestionem de praestanda adversus recusiones operum — jure quoque gentium — securitate per regimen nunc expendi. (audite!) Rogationis itaque substernendi facultas absque contradictione concessa est.“ — Notum est in aliis etiam regnis, in quibus magna preli libertas, maximumque librorum commercium viget, saepius jam similes quaestiones agitatas esse, agitarique hodieum: et hoc quidem juremerito! — At his juribus olim jam in legitimis ac paternis monarchiis absque magno strepitu optime consultum fuit, et quidem absque principiorum libertatis, liberaeque industriae contradictione: verum enim vero modernis liberalibus non res ipsa, sed tantum nomen privilegii exosum est!

v. * e B.

*Collectio paradigmatum hispanicae picturae
nunc in Gallia e celeberrimis.*

Museum imaginum hispanici penicilli, quod nuper Rex Galliae erexerat, post collectionem nationalem Madriti est ditissima et totius hujus scholae exemplaribus resertissima. Complectitur enim opera artificum inde a 15. seculo ad hodiernum usque tempus. Sic inveniuntur in eo a Murillo 20, a Velasque 15, a Canos 12, a Ribera 55 et ab aliis celeberrimis Magistris quam plurima opera insignia, quae, hucusque in Europa parum diffusa fuere, ideo auctorum etiam nomina ignota manserunt. Rex Galliae 1 1/2 millionem e privato suo aerario ad coëmenda haec picturae paradigmata consecravit, cui modernum civile bellum occasionem dedit. Baro Taylor, cui ad id mandatum datum fuit, tantum zelum et ardorem in haec eximia artis pulchri opera testatus est, ut saepius vitae pericula subire non reformidaverit, et pro iis illa etiam loca adierit, in quibus bellum maxime saeviebat. v. * e W.

L o g o g r y p h u s.

Durus erat sylvis, trux, saevus latro Corinthi,
Deme caput, reliquum cum duce pauper erit.

Solutio Logogryphi in Nro 18.:

Magnes — Agnes — Ages — Age.

An solium Napoleonis universalibus populi suffragiis superstructum fuerit?

De quaestione: utrum Buonaparte elevationem suam ad thronum Galliae in forma illa, inde ab exordio revolutionis vulgo recepta — ab universalibus scilicet populi suffragiis — repetere debeat, D. Fiévé in suo cum Napoleone literarum commercio (in edito opere „Correspondance etc.“) has animadversiones facit: „Estne pacto aliquo inter nationem et principem opus? — Hic ante omnia supponenda foret natio summa potestate praedita esse, et summam suam potestatem unius cujusdam manibus concredendi voluntatem habere, quaeve ita fere Gen. Buona parte alloqueretur quemadmodum Dna La Vallière Superiorem Monialium ordinis Carmelitarum affata est: „„Adeo malum libertatis meae usum feceram, ut eam nunc in manus vestras resignare mecum constituerim.““ — Verum enim vero populus vel natio unitatem nonnisi sub una regiminis potestate constituit, et quamprimum regimen praesto est, natio per caput duntaxat hujus regiminis sensa sua depromere potest. Aut loquetur fors populus per organon representantium suorum? ast repraesentatio ipsa est fictio, et domini hi de suis quisque ante omnia negotiis propriis potius quam de quacunque re alia cogitabunt. Praeterea ii-

dem, de conditionibus deliberare vellent, etiamsi tantum formae gratia. Hoc vero idem est ac ad theoriam contractus socialis reverti. Pactum inter Monarcham et subditos est in omnibus legibus, ast non in una quadam lege peculiari. Si leges praesto sint, semet obligat ad eas manutenendas, et hoc quidem justum est; si vero leges nondum existenterint; i. e. si eodem tempore legislatio et potestas creandae forent, rursum idea primitivi contractus socialis subversabitur. Carolus I. (Angliae) et Ludovicus XVI. (Galliae) inter deliberandum de conditionibus throno exciderant. — Regnans in Anglia familia leges illas paratas invenit et acceptavit; at semet in dies per id tantum salvum praestat, quod inter magnas aristocraticas familias et democraticas ideas luctam continuam intertenet. Accurata in hoc regno politicarum rerum populi sagacitas, justusque tactus periculosam reipublicae basim celat. — Nos aristocraticis familiis caremus, spiritu quoque publico destituimur, nempe a quo tempore nullae classes, nullae institutiones amplius supersunt, a quo omnia discutiuntur, et omnia quaeque nova sunt. Neque potest adesse publicus spiritus sensaque publica apud nationem, quae e longo delirio expergiscitur. Systemata nihil prorsus nobis opitulantur, sed facta tenenda. Unitas potestatis e nulla constitutione enasci potest, unitas haec constitui et creari nequit, sed actu

substi^ttit. Jam si ideo, ut certis regulis adstrin-
gatur, eidem conditiones positae fuerint, hae
olim contra eam explicabuntur. Quodsi ve-
ro in pleno suae existentiae vigore agit, con-
cessiones faciet, et tum id solum quaeritur
quando, et quo animo eas faciat.“

„Non obstantibus hominum ac systema-
tum placitis, potestatis unitas per se ipsam
existit, seu demum jure quaesito, seu vi
eventuum; leges vero eam efficere nequeunt.
Ipsò hoc seculo nostro, cui societas nihil
est aliud, quam experimentorum materia,
contractum socialem, ita quem ad modum
Philosophi eum nobis sistunt i. e. tamquam
fontem potestatis, in effectum deductum haud
vidimus, e simplici illa causa, quia id fieri
non potest. Constitutiones itaque usum et
exercitium eorum, quae jam praesto sunt re-
gulis certis adstringere possunt, et quidem
hoc solum legislatio omnium orbis terrauei
populorum semper praestitit. Nullus itaque
populus existit absque constitutione, ast
quandoque tempora talia emergunt, in qui-
bus novae consuetudines (novarum rerum ap-
petitus) tanta velocitate semet excipiunt, ut
legislatio eas insequi non valeat; et si ea ta-
li tempore necessitati convenienter mutari
negligatur, accidere solet, ut Reges atque
populi in ejusmodi contradictionem mutuam
delabantur, ut se invicem intelligere dein-
ceps nequeant. Haec est ratio principalis
quarumvis revolutionum in ipsis etiam Re-

bus publicis. Perplexitas haec plerumque per Absolutismum solvitur. Veritas ista historica negari non potest. At vero ideae novae, novique mores potestatem hanc ferre diu nequeunt, — haec est altera veritas, cuius non oportet oblivisci.

v. * e B. p. W.

Secunditiae RR. Dni Josephi Scopecz.

Prividiae Inclyti Cottus Nittriensis, Dominii Bajmoczensis Oppido, die 3-a Sept. a. c. incidente in Dominicam 16-am post Pentecostem, festum nempe SS. Angelorum Tutelarium, rara et insolita solemnitas e tota vicinia concurrentis populi oculos!, et animos in se derivavit: accelerato siquidem cursu die 31. Augusti Agria sub crepusculum RR. D. Josephus Scopecz, Praepos. S. Stephani Regis Hung. de Castro Agriensi, Metrop. Eccl. Agriensis Lector et Canonicus, Poenitentiarius, Examinator Synodalis etc. p. t. in Patria sua Supremo Numinis Secunditias oblatus appulerat, quod et factum. Illustriss. ac Reverendiss. Dno Josepho Belánszky, Episcopo Neosoliensi ob ordinem Presbyteratus conferendum impedito, officium manuductoris Adm. R. ac Eximius Dominus Antonius Fegyveres V. A. Distr. Bajm. Parochus Handloviensis, quod rarissimum, discipulus suus olim in Philosophicis charis-

simus, supplevit. Revera rara solemnitas haec, in medio zelantis pro jubilari Sacerdote gremiali fidelis populi, cui vicinarum quoque Parochiarum grex fragore repentino mortarium monitus, associatus, visus fuit, documentum ferventis pietatis Ecclesiasticae pro futuris etiam Prividiensium saeculis evasit. — Finita in aedibus Domini, jubilari litatione isthac splendido pontificalium ornatu remicante, et defecatorum in vinea Domini viorum sub ministeriis in Sancto Sanctorum resurgentibus, consuetum S. Ambro. Te DEUM etc. solemnis, et corda praesentium movens corona fuit. Itum ab hinc in Comitatu Vallis hujus primorum facile Nro 100 praeter copiosissimos cognatos et propinguos ad stratas opipare mensas, quibus non frui, sed vel jam adsidere jucundum fuit; aroma addebat, praecordiales, praesertim sub continua reboatio martiorum litationes, et oblati praetitulato RRmo Dno jubilari Sacerdoti latina, et l'annonica Lingua versus, e quibus hic accludimus:

O D E

Honoribus RR. Domini

J O S E P H I S K O P E C Z,

Praepositi S. Steph. R. Hung. de Castro Agriensi, Metr. Eccl. Agriens. Lectoris, et Can. Poenit., Examinat. Syn. ; Rei Sericeae in Incl. Com. Heves. Praesidis, AA. LL. et Philos. Doctoris, ac in R. Scient. Univers.

Pest. Fac. Phil. Membri dum solenne sacram Jubilaeum Prividiae 3-a Sept. 1837. celebraret oblata a Collegio Scholarum Piarum.

Ergo coruscum Prividiensium
 Josephe, sidus, deproperas lares
 Videre Patrum, illisque, lustra
 Quam ante decem Benedictionem
 Sors denegavit, non dubitas dare?
 Vides, ut omnis Prividiensium
 Jam pridem anhela voce Mystam
 Cernere, et alloquio levari
 Peroptet? — At vos sanguine proximi
 Gaudete primum, queis Deus optimus
 Hanc clariorem sole cessit
 Concelebrare diem, secundas
 Qua amor suorum Primitias canit
 Rarus Sacerdos, propositum cui
 Firmum est, gravemque nec senectam
 Exposuisse viae molestae
 Ullus timebat; dummodo quod Deum
 Semper rogabat, Primitias suas
 Illa aede sacra, qua priores
 Non poterat, celebret secundas.
 O Mysta! crebris dii precibus Tuis
 Cessere, virtus nempe cui comes
 Est fida, cui constans avitae
 Religionis amor, fidesque,
 Mores probati, et rara modestia
 Pectus Tuum ornant, et niveus pudor,
 Raraeque doctrinae supellex
 Nota per Hungariam universam.

Laetare templum tu quoque! sumtibus
 Cujus nitores bis recipis tuos
 Vulcani adustos bis furore,
 Et nive candidiore veste
 Te ornato, flectant tecta suum caput
 Magno Sacerdoti! adproperate vos
 Proles relictae, vos senes, queis
 Praesidium fuerat salutis,
 Et vota summo promite Numini,
 Ut vita felix munifico Patri
 Sit longa; (parce, namque tali
 Nomine dignus es, ut voceris)
 Ast ne retardem munera mystica,
 Expansa late contraho carba;a;
 Tu praeparatum munus offer,
 Supliciterque Deum precare,
 Pro Ferdinandi Caesaris optimi
 Salute multa, proque Gregorii
 Antistitis summi, memento et
 Praesulis — Archi Tui, Tibique
 Adstantium, et quos sanguine junxerat
 Sors. — Interim nos, quos juvat in Tuas
 Abire laudes, comprecamur
 Nestoris ut Tibi sit senecta!

Cecinit

Laurentius Paulatzky e S. P.
Pro-Magister Novitiorum.


A' magyar tudós Társaság'

kisgyűlése aug. 14:— I. Bárány Ágoston I. t, a' nagy szótár' készületei' számára a' magyar és török nyelvben előforduló rokon hangú és jelentésű szavak' gyűjteményét küldé be, II. Egy a' tudománytár' számára beadott törvénytudományi értekezés vizsgálat alá bocsátatott, III. Schedel Ferencz titoknok és Pólya József I. tag' eladásokra Cuvier' állatorszaga 2 dík szakasza Vajda Péter által fordítva; úgy dr. Vállas Antal' kézirata: Felsőbb egyenletek egy ismétlen-nel, Györy Sándor r. és Vásárhelyi Pál I. tagok' ja-való véleményökre ajánlattolt nyomtatásra a' nagy gyűlésnek. IV. Egy arithmeticai munkáról nem e-gyezvén meg a' bírák' véleményei, az egy harmadik vizsgálónak adatott ki; egy szépliteraturai mun-ka pedig a' véleményadók' egyértelmű ítélete' kö-vetkezésében nyomtatástól elmozdítatott. — Aug. 28d. tartott kisgyűléssében a' társaság a' megkoszo-rúzandó pályairatok' ügyével foglalkozott. Ugyan akkor I. Egy törvénytudományi értekezés az illető bíráló' eladásához képest el nem fogadtatván, szer-zőjének visszaadatott. II. Szász Károly r.t. által gyűjtött törvénytudományi műszavak az illető szerkesztőnek adattak át a' társaság' törvénytud. műszótárrába sorozás végett. III. A' könyvtár' számára kö-vetkező ajándékokat adott be a' titoknok: a) Egy pillanat a' dézmákra, Hollók Imre által. Rozsyón 1837. b) Parthenon. Ild. kötet, Ormos Lászlótól. Sáros-Patak 1837. c) Slávoniáról, mint Magyarországnak alkotmányos részérül, Podhradczky Jo-

zseftől, Buda 1837., és ugyanaltól: Romanorum principum effigies a Joanne Hutichio confecta, aucta et castigata, opera Joannis Sambuci. d) Haiszler György' orvosi munkája, III-dik darab, Veszprém 1837. Kolosváry Sándor I. tagtól. IV.A' pénzgyűjteményt Ruchietl Miklós hat darab régi pénzzel nevelte.

Aug. 29-én a' társaság a' közhasznú tudományos könyvtár' ügyében tanáczkozott. Ugyan akkor a' tudománytár' számára két philosophiai értekezés, külön nyomtatásul pedig egy természet tudományi, egy dramai, 's egy hadtudományi kézirat nyújtatván be, azok szokott mód szerint bírálat alá bocsátattak.

Aug. 30-kán a' játékszini küldöttség' jelentése terjesztetett elő annak a' mult akadémiai évbeli munkálkodásairól; 's némelly előkészületek a' nagy gyűlésre fejeztettek be. A' könyvtár' számára Edvi Illés Pál I. t. „Gyónók' katekizmusa“ című legujabb munkáját (Pest, 1837.) nyújtotta be,



Mater — Ater.

I N D E X

Argumentorum Alvearis Tom. III.

	Pag.
Praefatio ad benevolos Lectores	
Quid sit dicendum populare, e Cicerone	3
Testamentalis liberalitas A. R. D. Franc.	
Hoszik	14
Curiae inferioris sessio generalis (regnico- laris) in Gallia	15
Emin. Cardinalis Galeffi mortuus	16
RR. D. Joan. Kremlitska: Abbas	—
Policinello' Utazása. Nyolczadik Jelenet	17
Victoriae ad Párkány de Turcis relatae do- cumentum in Italia.	25
Nobilitas vera	28
Iskolák hivatalos látogatása a' Kassai Tudom. kerületben	29
Defunctus Cardinalis Weld	30
Conspectus summarius numeri animarum catholicarum per Regnum Hungariae, Croatiae, Slavoniae, et Dalmatiae exi- stentium	32
Rövid értekezés a' sajtószabadságról	33
Quo tandem omnis erit in contentio	41
Primum festum Rosarum in Hungaria	45
Edicta in Anglia sub auspiciis regni edi solita	47

	Pag.
Reginae Angliae	48
Logogryphus : Satyrus	—
Moderni feudalismi indeoles	49
Documentum in hanc rem e Gallia	61
Libertas preli in Hispania	—
Libertas preli novissima in Portugallia	62
Libertas moderna preli in Helvetia	63
Rózsa ünnepre új adakozás	—
Kalocsai' Érsek ó exc. Nevendék Papsága, visgálatán	64
A' nemzeti Muzeum épül Pesten	—
Quam sortein O' Connell Angliae et in specie amicis nunc suis Whigs vovet	65
Vera contradictio principii liberalis	68
Paradigmata artis extera in Gallia	69
Singularis pugna (duellum) in Gallia	70
Mutuus templorum in cultum divinum diversae confessionis concessus usus	71
Conservativis addictae Paginae in Anglia prosperant	72
Imago B. M. Virginis Romae in Ecclesia Sti Alexii, cuius ectipon Tyrnaviae et Strigonii exstat.	73
Theresianum	75
Novae quaestiones de decimis etc. in Hispania	81
Revisio quorumdam positionum in tabulis aerarialibus Ministrorum Angliae,	85
Templum Dni Auzou iterum clausum	88
„La Femme Libre“ in Sequana	—


Mōderna commeatus et commercii litera-	
rum celeritas	89
Capulus defuncti Regis Angliae	91
Benefaciendi studium eximium Francisci	
olim Comitis Szécheny	93
A' Pesti magyar színház megnyitási üdvöz-	
lésére felszólítás	94
Sz. Ferencz Szerzete templomának új torony-	
keresztje Esztergamban felszenteltetett .	95
Denominationes	96
M. ac RR. D. Gab. Balassa Praelatus T. R.	—
Lord Palmerston	97
Lord John Russell consilia sua electoribus	
exponit	101
Ubertas comitialium consultationum	103
Monarchae inter belli duces Angliae	—
Purus Patriae et boni publici amor in spe-	
culationibus	—
Rogatio legis de modificaanda civili Judaeo-	
rum in Saxonia conditione	106
Scientiae quandoque morbos corporis tollunt	109
Arbor in toto orbe terraquo maxima	—
Mors martyrii	110
Funus paginárum „Constitutional“	—
A' magyar tudós Társaság.	111
A' Ms. Szitovszky János Rózsnói Megyés	
Püspök Urnak n. bőjti beszédje	113
Allusiones ad Falconem Regum, ante S. Ae-	
des Thaumaturgae Dömölkiensis procum- bentem, et ea, quae in ipso sunt observata	125. 138

Logogryphus : Animal — Lamina	128
Diploma (Charta) Principis Don Pedro.	
Eventus in Portugallia inde a Constitu-	
tione Comitiorum 1822 usque 1326	129. 145
Novarum rerum liberalis conditio	136
Nimia in speculationibus fiducia	137
Habet suos ubique terminos libertas	—
Ita dicta „Ecclesia gallica“ in angustiis	138
Szabad kir. Szeged városának cs. kir.	
tanácsos, és nádori udv. orvos ngs.	
Würtler József urat polgárosító levele	140
RR. D. Joannes Michna mortuus.	142
A' magyar tudós Társaság' kisgyűlése 3. Jul.	144
Festum div. Apostolorum Petri et Pauli	
Romae	155
Justa funebria Emin. Galieffi.	156
Continuus ubique conatus ad velocioris	
communicationis et commeatus media	
oblinenda, horumque effectus	157. 173
Continuata scholarum districtus liter.	
Cassov. visitatio	160
Buda - Pest közt építendő álló-hid ügyében	
munkálódó országos Küldöttség' Jegyző-	
könyvének kivonata	161
A' Budapest közt építendő állóhíd ügyé-	
ben megbizott országos Küldöttséghez s.	
jun. 11-kén alulírottak következő folya-	
modást intéztek	169
B. Sinának a' híd építési orsz. Küldöttséghez	
intézett folyamodása	172

	Pag.
RR. Michael Koporesich: Canonicus	176
RR. D. Wolfg. Stefanics mortuus	—
Illihi D. Eppi L. B. Lad. Barkóczy de Szala Consecratio	177
Exemplum iterum unum e plurimis zeli apostolici; quamve partem Antistites no- stri in probe educanda pube capiant	178
Veritas ubique et apud omnes saniores eadem. Sodalitas „Amicorum“ (Quäker) Reginae Angliae, Victoriae, gratulatur	185
Juvenis Regina Angliae una caput Ecclesiae Anglicanae	187
De pulsus campanarum in animos humanos vi et efficacia	188
Tudományos Gyüjtemény V. és VI-dik kötete	190
Vincent, Rudolf. Praepos. S. Sigismundi de Buda, Parochus reg. arcis Budensis, Abbas S. Martini de Vaska	192
Anagramma: Anonymus	—
Logogryphus: Victoria	—
Libertas et inde securitas constitutionalis (garantia) Electionum	193. 266
Propositio in comitiis badensibus de abo- lendo caelibatu cleri catholici	203
V. PP. Capucini in Bavaria	205
Comes Merci d' Argenteau, Prostes olim Regis Hollandiae, nunc ad bavaricam	
Aulam Nuncius Sedis Apostolicae	206

And. Viszoczky hung. Missionarius in America boreali	207
Ill. Dnus Nic. Wiseman de situ Protestantismi in Anglia	—
Beszélgetés. (Sátán, Napoleon, Francziák közt.)	209
Impopulatio Neapolis anno 1836.	223
Incolae europaei in Africa gallica	224
Census populi Parisiis	—
Exc. Ep. Agriensis Monachium adpulit	—
Victoria, Regina Angliae, et ejus comitia	225
Aristocratia Pecuniae	232
Méltós. Szalai Báró Barkóczy László urnak megyés püspöki hivatalába iktatása	237
Tudósítások Győrből	238
Imperator Franciscus et Institutior ejus	239
Communio antiqua cath. christiana reviviscit	240
Sz. Ferencz Szerzetének honi buzgósága	—
Relatio Liberalismi ad Christianismum	241. 257
Ordo S. Benedicti in Gallia restituitur	256
Ill. Ep. Jaurinensis mortuus	—
Sérta solatiorum	265
Telegraphi galvanici inventio	276
Felicitas	271
Conditio moderna Ecclesiae in Hispania	277
Praemia Juventutem in studia liter. incendunt	281
Eucharisticon RR. Dno Cas. Gáspárik, C. E.	
Vac. Can. etc., a Juventute Gymnasií	
Vaciens. Scholarum Piarum oblatum	
die 30. Julii anno 1837.	—
Acrostichis Honoribus Spect., Perillust.	

ac Gener. Dni Laurentii Marczibányi de PUCHO et Csóka, I. Cottus Nittriensis Ord. V. Comitis etc., occasione suae Ono- maseos dedicata 1837.	286
Sectae fanaticae Hanleijanae in Anglia dementiae	288
Logogryphus: Magnes	—
Inmutabile. (Paramythia)	289
Fructus belli civilis semper et ubique iidem	291
Ratio, in qua altiores ordines legionis honoris inter militaria et civilia servitia distributa nunc habentur	297
Brevis conspectus incunabulorum Typo- graphiae	301
De jure Auctorum seculo praestando, ne illud recusione operum doctorum de- trimentum patiatur	302
Collectio paradigmatum hispanicae picturae nunc in Gallia e celeberrimis	304
Logogryphus: Mater	—
An solium Napoleonis universalibus populi suffragiis superstructa fuerit	305
Secunditiae RR. D. Josephi Skopetz . .	308
Ode RR. D. Josepho Skopetz pl. t., occasione sacri Jubilei a Coll. PP. Schol. Piar. oblata	309
A' magyar tudós Társaság' kisgyűlése Aug. 14.	311
Conspectus statisticus cunctarum in Europa Civi- tatum a. 1836. (Appendix ad Alvearis Fasc. III.)	



CONSPECTUS STATISTICUS

cunctarum in Europa Civitatum anno 1836.

(e Geneal. Hist. Stat. Annalibus Vimar. 1837.)

Status seu Civitates.	Extensio ne in □ mill. geograph.	Census Populi.						Res aeraria.		Exercitus terrest.		Classis. Naves pacis & belli tempore.
		Catholici.	Evangel.	Graeci.	Muhamedani.	Iudei.	Summa totalis.	Reditus in flnis rhen.	Aes alienum in flnis rhen.	Pacis tempore.	Belli tempore.	
1. Anhalt-Bernburg	16/	43,165	—	—	—	160	43,325	450,000	600,000	307	740	—
2. — Cöthen	15/	* 10500	35,800	—	—	200	36,000	400,000	1,600,000	325	648	—
3. — Dessau	17/	55,985	—	—	—	140	57,629	710,000	1,000,000	529	1058	—
4. Austria	12,295/85	27,000,000	2,800,000	2,900,000	500	40,000	33,170,500	130,000,000	540,000,000	395,000	750,404	31 31
5. Badensis M. D.	279/54	810,330	378,944	—	—	19,423	1,208,717	8,500,000	8,219,440	10,412	20,824	—
6. Bavaria	1,487/29	2,880,383	1,094,633	—	—	57,574	4,187,390	28,000,836	126,000,000	57,061	71,600	—
7. Belgium	530/48	4,000,000	20,000	—	—	781	4,142,157	40,000,000	318,000,000	29,028	117,237	? ?
8. Borussia	5,087/04	4,930,000	8,000,000	—	—	167,600	13,566,897	89,627,767	320,000,000	165,000	532,000	—
9. Brema.	3/21	1550	56,250	—	—	—	57,800	800,000	3,000,000	485	970	—
10. Britannia	5,523/96	6,600,000	18,676,687	—	—	12,500	25,440,787	624,600,000	10,062,465,800	86,829	378,370	557 1050
11. Brunsvicensis D.	70/97	2600	244,000	—	—	1400	248,600	2,376,933	3,500,000	2096	4192	—
12. Cracovia	21	116,730	1500	—	—	10,250	128,480	500,000	50,000	—	—	—
13. Dania	2,452/29	2000	2,040,657	—	—	6000	2,048,657	20,000,000	180,000,000	20,000	40,000	31 ?
14. Francofurtum	4/33	6000	42,800	—	—	5200	54,000	760,000	8,000,000	475	946	—
15. Gallia	10,050	31,000,000	1,400,000	—	—	60,000	32,560,934	500,000,000	2,052,724,178	314,200	800,000	279 360
16. Graecia	720	?	?	811,185	?	?	811,185	?	40,000,000	8000	?	?
17. Hamburgum	7/10	3080	140,000	—	—	7550	152,000	1,500,000	13,000,000	1050	2100	—
18. Hanovera	695/27	210,000	1,440,200	—	—	12,300	1,662,500	11,500,000	30,000,000	19,361	26,108	—
19. Hassia M. D.	177	177,888	516,687	—	—	22,174	760,694	6,576,106	10,235,845	6361	9471	—
20. Hassiae Elect.	208/90	20,000	559,549	—	—	8300	677,814	5,200,000	1,900,000	5679	11,358	—
21. Hasso Homburg	7/84	3050	20,000	—	—	1050	24,100	180,000	450,000	200	400	—
22. Helvetia.	696/31	800,000	1,300,000	—	—	1900	2,116,215	?	—	—	33,578	—
23. Hispania	8,546/71	13,944,259	—	—	—	—	13,944,259	66,300,000	3,000,000,000	93,309	150,000	24 24
24. Hoh. Heching.	6/50	21,000	—	—	—	—	21,000	130,000	400,000	145	290	—
25. — Sigmaring.	18/25	42,720	—	—	—	100	42,820	300,000	1,000,000	370	740	—
26. Hollandia	661/86	280,000	2,100,000	—	—	56,000	2,430,000	53,000,000	1,930,000,000	50,000	120,000	77 138
27. Jonicae Insulae	47/53	35,200	—	148,017	—	5500	188,717	1,414,000	—	1600	—	—
28. Lichtenstein P.	2/45	5850	—	—	—	—	5850	22,000	—	55	110	—
29. Lippe Detmold	20/60	1600	78,400	—	—	—	80,000	490,000	700,000	690	1380	—
30. — Schauenb.	9/75	100	25,900	—	—	—	26,000	215,000	300,000	240	480	—
31. Lucca	19/50	145,000	—	—	—	—	145,000	720,000	480,000	800	1200	3 3
32. Lübeck	6/75	400	45,703	—	—	400	46,503	400,000	3,000,000	406	812	—
33. San- Marino	1/06	7000	—	—	—	—	7000	30,000	—	—	—	—
34. Meckl. Schwer.	223/88	642	462,681	—	—	3117	466,540	2,300,000	9,500,000	3580	7160	—
35. — Strelitz	36/13	—	84,602	—	—	655	85,257	500,000	?	742	1484	—
36. Modena	89/71	388,500	—	—	—	1500	390,000	1,500,000	720,000	1860	—	—
37. Nassov. M. D.	82/07	167,800	196,571	—	—	6003	370,374	1,810,000	5,000,000	3028	6056	—
38. Oldenburgensis	116	71,580	178,027	—	—	980	250,507	1,500,000	—	2177	4354	—
39. Parma	103/92	440,000	—	—	—	—	440,000	3,000,000	5,000,000	1320	4000	—
40. Pontificius Stat.	811/80	2,455,557	—	—	—	16,000	2,471,557	17,500,000	83,250,000	17,372	?	6
41. Portugallia	1,722/38	3,530,000	—	—	—	—	3,530,000	18,000,000	80,000,000	28,418	70,000	46 46
42. Reusz lin. sen.	6/84	—	30,041	—	—	** 300	30,041	140,000	240,000	206	412	—
43. — lin. jun.	21/10	—	68,854	—	—	68,854	470,000	840,000	533	1076	—	—
44. Russia	87,257	7,000	2,800,000	36,531,427	900,000	500,000	47,592,427	130,000,000	500,000,000	710,148	868,868	251 350
45. Saxonie R.	271/67	27,519	1,581,861	39	—	850	1,610,271	9,800,000	32,000,000	12,198	24,386	—
46. — D. Altenburg	23/41	161	117,761	—	—	—	117,922	682,560	1,839,015	982	1964	—
47. — D. Coburg	37/60	2000	128,861	—	—	1000	131,861	1,100,000	3,000,000	1166	2732	—
48. — D. Meining.	41/92	470	144,854	—	—	1070	146,394	1,251,659	5,303,556	1150	2300	—
49. — M. D. Vimar.	66/82	9956	229,576	—	—	1416	241,046	1,800,000	7,795,000	2010	4020	—
50. Sardinia	1,373/11	4,418,000	—	—	—	30,000	4,448,000	25,000,000	70,000,000	35,800	70,750	23 23
51. Schwarzb. Pud.	19/10	150	63,722	—	—	167	46,239	325,000	269,805	539	1078	—
52. — Sondershaus.	16/90	200	53,880	—	—	—	54,080	400,000	300,000	451	902	—
53. Svec. et Norveg.	12,933/34	4000	4,023,200	—	—	845	4,028,045	18,000,000	39,000,000	51,996	138,569	42 351
54. Siciliae ufr. R.	1,977/20	7,740,187	—	80,000	—	2000	7,840,187	53,000,000	38,000,000	30,000	53,045	18 ?
55. Toscana	895/36	1,349,070	—	—	—	930	1,350,000	7,000,000	26,000,000	5500	?	5 5
56. Turcia	9,817/17	310,000	3000	2,830,000	7,150,000	250,000	12,180,000	27,000,000	100,000,000	80,000	218,000	50 50
57. Waldeck	21/66	800	54,700	—	—	500	56,000	480,000	1,200,000	518	1036	—
58. Würtemberg	360/40	489,025	1,087,413	—	—	10,766	1,587,448	9,321,813	25,573,007	4906	16,824	—

Summa totalis: 1167,232/83 121,743,857 52,350,432 43,300,668 8,050,500 1,752,101 229,626,580 1,926,583,674 19,631,454,876 2,267,663 4356,012 1443 2431

* 1050
** 300

卷之三

七

卷之三

八

卷之三

九

卷之三

十

卷之三

十一

卷之三

十二

卷之三

十三

卷之三

十四

卷之三

十五

卷之三

十六

卷之三

十七